



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



CLERICUS









Enter by 70.





A.C. Frid. Christ. Baumeisterus  
Gymnas. Gorl. Rector.

Hec Baumeisteri frons est, haec Eius imago.  
Hic Vir, luc est, quem laus ac decus omne manet  
Ora uides. Animum si uis cognoscere: scripta;  
Quae dedit in lucem, Lector amice, legas.  
Non pinget pictor, non sculptor sculptor acumen  
Ingenii. Hoc scriptis prodidit ipse suis.

Elias Eichlerus Gymnas. Gorl. SubConRector  
Observantiae causa apposuit

846

PHILOSOPHIA  
RECENS CONTROVERSA  
COMPLEXA

**DEFINITIONES**  
THEOREMATA  
ET QVAESTIONES  
NOSTRA AETATE  
IN CONTROVERSIAM  
VOCATAS.

Accessit Appendix & indices necessarii.

---

A V C T O R E  
**M. FRIDERICO CHRISTIANO**  
BAUMEISTERO  
AVGVSTI GYMNAS. GORL. RECTORE.



---

VRATISLAVIAE  
APVD IO. MICHAEL. GAMPERTVM  
M DCC LXVI.





## P R A E F A T I O.

**T**ertius nunc agitur annus, ex quo, quam vocabam *philosophiam definitiūam* edidi. Citus, quam opinatus fueram, distracta sunt & vendita huius libelli exemplaria. De noua ergo editione cogitare occœpi, idque hoc lubentius, quo noui certius, vix quicquam iuuentuti scholasticae, mihi concreditae, tam esse necessarium, quam rectam definitionum, ad philosophiam pertinentium, intelligentiam. Si enim, qui philosophari incipiunt, definitiones perspectas sibi reddiderint, tum discendi labor erit facillimus, nec vllae incident, quae philoso-

) 2

phatu-

phaturum impedian, vel terminorum, vel positi·num difficultates. Maxime vero eae a iuuenibus definitiones intelligi recte, & edisci prorsus, volo, quas typis, oblique currentibus, *cursuas* vocant typographi, excludendas curau. Adieci definitionibus positiones, ex quacunque philosophiae parte conquisitas. Sic enim vniuersae philosophiae quasi nucleus iuuentuti relcuditur, & hui quoque, quorum interest, philosophiae recentioris argumenta, tanquam ἐν συνόψει & uno obtutu, perspexisse, apprime sibi satis factum esse, fatebantur. Addo, quod sic meos, vel in demonstrando, vel in disputando, nauiter exercendi perampiam materiem suppeditataim mihi esse, videam. Eigo vnam alteramue ex recensitis thesin. Propono alumno eam, &, vt demonstret, veritatemque eius investiget, iubeo. Neque, quod credas mihi, suo destituitur successu haec demonstrandi exercitatio, maxime, si definitiones antea fuerint redditae familiiores. Quare, quanquam huius instituti utilitatem optimum quemque facile perspicere, confido, auctor tamen suasorque extiterim omnibus iis, qui in Academia ad philosophiam incumbunt, vt nullum praeterire patientur diem, quin theorema vnum alterum sumant, quod ipsi demon-

## P R A E V A T I O.

monstrent, tententque adeo, quid ferant  
humeri, quid ferre recusent. Dici non  
potest, quam facile hoc modo muniatur  
vix ad *soliditatem*, quae non magis, sine  
demonstrandi artificio, locum habere pot-  
est, quam *aedificium* stare & firmari  
poterit sine fulcris substructis. Eum prae-  
terea, qui disputando vires ingenii peri-  
clitari volunt, capiunt fructum ex theo-  
rematum, ex recentiori philosophia de-  
sumtorum, indice, ut habeant facile, quid  
impugnent, quid defendant item & con-  
firment.

Vltimo denique loco subnectere visum  
est epistolas, quibus, quae recentius dis-  
putata sunt, ita pertractauit, vt, caussa odii  
amorisue procul facesse iussa, ostenderim,  
quid peccarint Wolfii amici, quid inimi-  
ci. Maxime vero, exemplis compluribus  
in medium proferendis, demonstrasse mihi  
videor, in quam vanas ridiculasque logo-  
machias plurimi, de recta lapsi via, inci-  
derint. Stili vbique elegantioris rationem  
habendam putaui, eaque omnia, quae ad-  
ferri mea referebat, ita proposui, vt vbique  
vtli dulce, dulcique vtile immiscuerim.  
Non omne tamen, fateor, feram punctum,  
sed displicebo nonnullis, & iis maxime,  
qui

P R A E F A T I O.

qui quiduis potius, quam pacem conciliandique studium, ferre possunt. At nihil moueor iniquorum voculis, quantum possum, connisus, ut verum proferam in lucem, proximque quam plurimis. Si Deus fierit, plura de logomachis in controversia Wolfiana dabo. Quibus vale, *Lector beneuale*, meosque conatus aeque bonique consule. Gorlici, ccccccxxxviii. Idib.  
April.



DEFI-

# DEFINITIONES LOGICAE.

**C**OGNITIO HISTORICA est cognitio eorum, quae sunt atque sunt, sive in mundo materiali, sive in substantiis immaterialibus accidant, Breuius: *Cognitio historica est cognitio factorum.*

Sic, si uides Caium plenum minarum, de quo sua mentis statu deturbatum, iracunde mala & rabuisse facere: item, si nosti existere in nubibus iridem, cognitione tua, quam de Caii ira, de ue iride habes, est historica.

**II. COGNITIO PHILOSOPHICA** dicitur cognitionis eorum, quae sunt uel sunt. Breuius: *Est cognitio causarum.*

E. gr. Si non nosti modo, Caium, mente e fede sua quasi excita, hic & nunc furenter irasci, sed rationes quoque & causas habes perspectas, ex quibus intelligi potest, cur adeo commotieatur animo Caius, & cur ita exardecat illa iracundia ac stomacho, te, scias, gaudere cognitione philosophica irae, qua Caium incensum uides.

**III. COGNITIO MATHEMATICA** est cognitionis quantitatis rerum.

Gum gradus sive quantitatēm (*intensuam*) irae, qua hic & nunc effervescit Caius, determinare potes. nostisque insimul quam multas quamquie ciuidae iniuriarum representationes debeat concuttere, li mi hoc, nec alio gradu, exercari debeat ira in Caio, cognitione irae gaudes Mathematica. De triplici hac cognitione, historica, philosophica, mathematica, conferri potest Bulfingerus, in dissertat. de hoc argumento habitā 1722. Tubing.

A

IV. PHI-

## DEFINITIONES LOGICAE.

IV. PHILOSOPHIA est sciens possibilium, quae tenus esse possunt, sive, cur & quamodo sint possibilia.

Obseru. I. Haec definitio, quam Wolfius primò Anno 1709, in praefatione ad elementa aerometriae proposuit est omnino eiusmodi. ut, quantum, regulis attemperata logicis, nihil, mea quidem sententia, habeat uitii. nihilominus complures experta sit aduersarios. nec a paucis idemtidei impugnata legatur. Pleraeque autem, contra ipsam formatae, obiectiones profluxisse uidentur ex eo, quod multi, quid Wolfius per scientiam, quidque per possibilia uelit intelligere, aut non potuerunt, aut quod proprius est fidem: voluerunt capere. Longum hic est, nec instituti nostri fert ratio, namque percensere obiectiones, quarum nonnullae sunt eiusmodi, ut se ipsae oppido destruere videantur, aliae vero, & in his maxime Cel. Hollmanni, exceptiones attentius omnino diligenterisque merentur expendi. Quae Mullerus Professor Giessensis, contra hanc definitionem monuit, ea uero, commemini, solide a Cramero eleganterque esse confutatae in *Der Auflösung der Zweifel Herrn Jacob Friedr. Müllers* ac. §. 2. sqq. Dubia, quae Cl. Hollmanno contra hanc definitionem laborant sunt, in lucem prolata deprehēndes in dissertationis posterioris sectione priori de uero philosoph. notione.

Obseru. II. Ut aero quae obiecta sunt facilius refellere queas, distinctiusque hanc ipsam definitionem intelligere, sequentia obserua.

a) Cum Wolfius hic Philosophiam definit, sumit uocem *Philosophiae generalius, abstracte & habitualiter* sive *subiectivae*, ut adeo qui ex aliis notionibus disputatione contra Wolfium, hic nihil efficere facile videas.

B) Per possibilia intelligit Wolfius omnia ea, quae existunt, & quae existere possunt, ut adeo, cum Wolfius Philosophiam per scientiam possibilium definit, nihil aliud fibi uelit, quam quidem id: qui philosophiam possidet, is eiusmodi habitatum, & eiusmodi perfectionem possidet, ut rationem tenedere queat, cur, quae existunt, ita existant, nec aliter, itemque ut sciat, quomodo possibile sit, sive, qui fieri potuerit, ut hoc illudue ad existentiam peruenierit, ut hoc, nec alio, modo peruenierit.

y) 8:

v) Si tibi displicerit haec definitio, eam, quam dedit Cicero, retineas. Ita autem Tullius: Philosophia est notitia rerum diuinarum & humanarum, & causarum, quibus haec continentur. Qua quidem definitione, nescio, an quid Wolfsiae possit esse similius? Eequidem es d. Annae & humanae studiis, quam res possibilis? Causa enim pro impossibiliis illas habeas. Quid ergo, dic sodes, dicit Cicero aliud; quam id: Philosophia est notitia possibilium & causarum, quibus haec possibilia continentur siue, quod idem est, cur & quomodo possibilia sint. Aut, si minus haec omnia tibi probantur, dic: Philosophia est scientia rerum rationis sufficientis. Conf. hic Kindleri dissertatione de philosophia possibiliis. Mullerus de ueris & falsis philosophis. Item Leyserus in Examine Philosophiae Wolfsiae. Et Hollmanni dissertationes de uera philosophiae notione.

v. PHILosophus est, quae rationem reddere possit, quae sunt uel esse possint.

VI. THEOLOGIA NATURALIS est scientia rerum, quae per Deum possibilia intelliguntur.

Obseruat. Hanc definitionem Cel. Hollmanni itidem impugnat in dissertatione citata p. 11. ita felicet ibi, ipsa anima nostra, inquit, & corpora omnia prout dubio ex illorum numero rerum sunt, quae per Deum sunt possibiles, adeoque illarum doctrina omnis ad theologiam naturalem referenda, neque praeter theologiam naturalem illa alia disciplina alterum foret opus. Heic tu dñe in te enodat eque responderi queat, primum omnium; quid sit, per Deum possibile esse, exponendum duco. Per Deum possibilia autem ea dicuntur, quae essentiae atque attributis diuinis non repugnant. Sic productio mundi est per Deum possibile quia, unus bene & malis male facere est aliquid per Deum possibile. Haec enim omnia sunt etiammodi, ut cum essentia atque attributis diuinis minus pugnant. At concipere tibi corpora concipere animas humanas, haec omnia essentiae attributiisque diuinis aduersantur. Deum enim esse, & simul corpus esse, repugnat simplicitati diuinae. Deum esse, & simul anitatem humanam esse, repugnat infinitari diuinae. Non itaque dixi, corpora & animas humanas res esse per Deum possibles,

quamvis productionem corporum & animarum humana-  
rum per Deum possibile, quid esse largiat. His propter obser-  
vatus, corruit, quam format Cl. Hollmannus, obiectio nec est,  
quod, hac definitione retenta uereamur, ne ita confusio disci-  
plinarum, theologiae sc. naturalis & physices aliarumque  
scientiarum, oriatur. Quae enim in physica & psychologia  
aliisque disciplinis philosophicis pertractantur, sunt quidem  
res a Deo possibles, propterea quod, cur possibilia sint, id  
habent ab intellectu diuino, neuti quam uero sunt res per  
Deum possibles. Per Deum uero possibilia sunt e. gr. cre-  
atio, prouidentia &c. atque hinc est, ut haec actiones diuinae  
in theologia naturali pertractentur.

VII. PSYCHOLOGIA est scientia eorum, quae per  
animas humanas possibilia sunt.

Hic mutatis mutandis, applicet ea, quae ad definitionem  
Theologiae naturalis obseruauimus. Sice ea, quae & hic  
objeta sunt a celeberrimo Hollmanno, facile dilui posse  
crediderim.

VIII. PHYSICA est scientia eorum, quae per  
corpora possibilia sunt.

IX. LOGICA est scientia dirigendi facultatem  
cognoscitiam in cognoscenda veritate.

Fer facultatem autem cognoscitiam Wolfius intelligit  
facultatem obiecta sibi repraesentandi, siue id confuse fiat,  
siue distincte. Quod ipse nominat facultatem cognosciti-  
am, id appellabant ueteres intellectum, uoce hac paullo  
laxius sumta. Cur autem Wolfius in definitione hae non  
adhibuerit nomen intellectus, eius quidem rei rationem redi-  
dimus copiosius in commentationibus nostris Logicis.

X. PHILOSOPHIA PRACTICA est scientia  
dirigendi facultatem appetitiam (*uoluntatem*) in dirigendo  
bono & fugiendo malo.

XI. ETHICA est scientia dirigendi actiones libe-  
ras in statu naturali, seu quatenus sui iuris est homo,  
nulli alterius potestati subiectus.

XII. POLITICA est scientia dirigendi actiones in  
societate ciuili seu republica.

XIII.

XIII. **O E C O N O M I C A** est scientia dirigendi actio-nes liberas in societatis minoribus, quibus etiam ex-tra rempublicam suisset locus.

In *societatum* autem *minorum* numerum referri solent so-cietas, quae est maritum inter & coniugem eius, siue *con-iugalis*, item societas inter parentes & liberos, & denique inter seruum & herum.

XIV. **I U S . N A T V R A E** est scientia actionum bo-narum & malarum.

In iure naturae, secundum Wolfium, actionum bonarum malarumque natura & indoles explicatur, in ceteris vero philosophiae practicae partibus traditur, quid faciendum fugiendumque sit, ut ita intelligas, quid sit, quod Wolfius ius naturae, aiat, in ipsa ethicâ, oeconomica atque politica tradi posse. Conf. § 68. Prolegom. Log. Lat.

XV. **P H I L O S O P H I A P R A C T I C A U N I V E-R-SALIS** est scientia affectiva practica dirigendi actiones liberas per regulas generalissimas.

*Obs. I.* Per scientiam autem affectivam intelligit Wolfius eiusmodi scienciam, quae inservit afficit, quae flectit, dirigi, & determinat voluntatem ad appetendum bonum & auferendum malum. Dici quoque poterat scientia viua, scientia item composita, contradistincta simplici.

*Obs. II.* Ideo vero philosophia practica uniuersalis dici-tur *practica*, quia determinare docet, ut inquit autor, fa-cultatem locomotivam ad exequendum actiones internas. *Vniuersalis* autem dicitur illa philosophia practica, quia re-gulae generaliores atque vniuersales in eadem suppeditan-tur, ad quas actiones nostras, operet, conformemus.

XVI. **T E C H N I C A**, siue **T E C H N O L O G I A** est scientia artium & operum artis, siue, est scien-tia eorum, quae organorum corporis, manuum potissimum opera, ab hominibus perficiuntur.

XVII. **O N T O L O G I A** siue **P H I L O S O P H I A P R I M A** est scientia entis in genere, seu quatenus ens est.

Ontologia, siue doctrina de ente, generatim & abstracte

considerata, ideo dicitur *philosophia prima*, quia in ea prima omnis cognitionis nostrae fundamenta notionesque simplicissimae inculcantur. *Conf. Ribonii Praecognoscendo Ontologiae*. Plura in praelectioni usus ontologicis hic monentur.

XVIII. ARS INVENIENDI est scientia veritatem latentem inuestigandi.

XIX. PHYSICA GENERALIS est scientia eorum, quae corporibus, vel omnibus, vel diuersarum saltem specierum, competitunt,

XX. COSMOLOGIA est scientia mundi qualiter, & COSMOLOGIA GENERALISSIMA TRANSCENDENTALIS est scientia mundi in generè.

XXI. PNEUMATICA est scientia Spirituum.

XXII. METAPHYSICA est scientia entis, mundi in generè, atque spirituum.

Ex quo intelligitur, earum Wolfius ad Metaphysicam pese, rat 1) Ontologiam, 2) Cosmologiam, 3) Psychologiam, quamque cum empiricam, tum rationalem, 4) Theologiam denique naturalem,

XXIII. METEOROLOGIA est scientia meteororum, hoc est, quae in atmosphaera generantur, ut sunt pluia, iris, fulgur, aurora borealis &c.

XXIV. ORYCTOLOGIA est scientia fossilium.

Deriuatur Oryctologia a graeco vocabulo ὄρυσσω fodio & λόγος sermo.

XXV. HYDROLOGIA est scientia aquarum.

Ab ὕδωρ aqua & λόγος deduci hanc vocem, facile videt.

XXVI. HYDROGRAPHIA est descriptio fontium, fluuiorum, lacuum & maris,

XXVII. PHYTOLOGIA est scientia vegetabilium.

Componitur haec vox ex Φυτὸν planta et λόγος.

XXVIII. BOTANICA est herbarum descriptio;

**P**ED, & BOTANOGIA est illa physicae pars, quae herbarum proprietates speciales ad rationes reuocant. est scientia herbarum.

*Ex ξεράν herba et λόγος haec vox coagmentata est.*

**XXIX. DEN'DROLOGIA** est scientia arborum & fruticum,

*A Δένδροις arbor et λόγος.*

**XXX. PHYSIOLOGIA** est scientia corporis animali. *Strictius:* est scientia corporis humani sani.

**XXXI. PATHOLOGIA PHYSICA** est scientia corporis aegroti, qua talis.

**XXXII. TELEOLOGIA** est illa philosophiae naturalis pars, quae fines rerum explicat.

*Deriuatur a τέλος finis et λόγος.* Hanc teleologiam Wolfius peculiari libro complexus est, qui inscribitur, *von den Absichten der natürlichen Dinge,*

**XXXIII. PHYSICA EXPERIMENTALIS** est scientia per experimenta stabiliendi principia, vnde ratio redditur eorum, quae in natura rerum fiunt.

**XXXIV. PSYCHOLOGIA EMPIRICA** est scientia stabiliendi principia per experientiam, vnde ratio redditur eorum, quae in anima humana fiunt.

**XXXV. METHODVS PHILOSOPHICA** est ordo, quo in tradendis dogmatis uti debet philosophus.

**XXXVI. METHODVS MATHEMATICA** est ille ordo tractandi veritates, vbi semper ex principiis indubitatis conclusiones nexus legitime concavato deriuantur.

**XXXVII. HYPOTHESIS PHILOSOPHICA**  
A 4 et

## 8. DEFINITIONES LOGICAE.

est sumtio eorum, quae esse, nondum demonstrari potest, tanquam essent, rationis reddendae gratia.

Ad hypothesin itaque philosophicam requiritur a) ut sumantur quaedam et afferantur tanquam reuera sint, quamvis nondum demonstrari queat, illa reuera adesse, b) ut illa ideo sumatur, ut ad rationem reddendam aliquius rei nobis inserviant: cf. Cl. Schlosseri dissertatione de officio philosophi circa hypotheses.

XXXVIII. METHODI PHILOSOPHICAE  
LEX SUPREMA est haec propositio: ea sunt praemittenda, per quae sequentia intelliguntur & adstruuntur.

XXXIX. STYLVS PHILOSOPHICVS est genus scribendi, quo vti debet philosophus.

XL. TERMINI PHILOSOPHICI sunt nomina rerum a philosopho discretarum, sed quarum vulgo differentia non attenditur.

XLI. VERBA PROPRIA sunt, quae rebus istis, de quibus adhibentur, significandis destinantur.

Cf. illustris Bergeri praefatio dissertationis ipsius praemissa de proprio dicendi genere.

XLII. LIBERTAS PHILOSOPHANDI est permisso publice proponendi suam de rebus philosophicis sententiam.

XLIII. SERVITVS PHILOSOPHANDI est coactio defendendi aliorum de rebus philosophicis sententiam, tamquam veram, ut nobis contrarium videatur.

Hae sunt definitiones ex discursu praeliminarii Wolfii de philosophia in genere. Nunc ad ipsam philosophiam rationalem, sive Logicam nos accingemus.

XLIV.

**XLIV. LOGICA NATURALIS** est illa naturalis dispositio, exercitio, communi ad habitum deducta, dirigendi operationes mentis, seu facultatem cognoscitiam in cognoscenda veritate, cf. §. 6. Proleg. Logic.

**XLV. LOGICA NATURALIS CONNATA** est dispositio naturalis ad operationes mentis, quibus veritas cognoscitur.

**XLVI. LOGICA NATURALIS ACQUISITA** est habitus dirigendi operationes mentis in cognoscenda veritate, ipso visu acquisitus absque regulis.

**XLVII. LOGICA NATURALIS DOCENS** est notitia confusa dirigendi facultatem cognoscitiam in veritate cognoscenda.

**XLVIII. LOGICA NATURALIS UTENS** est habitus siue ars dirigendi facultatem cognoscitiam in cognitione veritatis solo visu acquisitus.

**XLIX. LOGICA ARTIFICIALIS DOCENS** est scientia dirigendi facultatem cognoscitiam in cognoscenda veritate.

**L. LOGICA ARTIFICIALIS UTENS** est habitus siue ars dirigendi facultatem cognoscitiam in veritate cognoscenda.

**LI. SIMPLEX APPREHENSIO** est attentio ad rem sensui vel imaginationi praesentem, seu menti quodammodo cuunque repraesentatam.

E. gr. Si licet rum quandam in tabernis conspicis, eidemque attendis, de eo vero plane non iudicas, *simpliciter* librum a prebendere diceris, aut si domi fueris et librum absentem tuum repraesenteris, itidem eundem *simpliciter* apprehendis. In illo casu attendis ad librum sensui praesentem, in hoc attendis ad eundem, imaginationi praesentem.

LII. *NOTIO* sive *IDEA* est *rerum in mente repraesentatio*.

Sic ideam tuę notionem tibi formas libri, quem, absenteū licet, tanquam praeſenteū tibi repreſentas. Quae I. F. Mullerus contra hanc definitionē monuit, corſutauit Cramerus in der Auflösung der Zweifel Herrn Müllers. §. 21. Distinguit Wolfius ſimplicem apprehensionem a notione, alium, arbitratuſ actum mentis eſſe, quo notio formatur seu idea productur, alium vero, quo ad notionem formatam ſeu ideam productam attendimus. cf. Log. Lat. Part. I. Sect. I. c. I. §. 35.

LIII. *VOCES* sunt *soni articulati, quibus notiones significantur.*

Obl. I. Hic obſeruari et attendi velim diſcriben, quod nonnulli voceſ inter et verba, aiunt, intercedere. Latiuſ patere, putant, verba quam voceſ, Hic verba, ſub qui- buſ cum ea, quae ſcripta ſunt, tum ea, quae ſono articulato proferuntur, comprehendit volunt, ita definiunt; Verba ſunt signa, articulato ſono p. ferri poſſibilia mentis noſtræ concep- tuſ indicantia. Voceſ itaque tantum ad ſonos actu pro- latos, eosque articulato exten- dunt

Obl II. Woltius in Log. Germ. c. 2, von dem Gebräuche der Wörter, hanc definitionē ſuppeditat. Die Wörter ſind nichts anders, als Zeichen unſerer Gedanken, daraus nemlich ein anderer dieſelbe erkennen kan. Quam uidem definitionem, negare non poſſum, eſſe latorem ſuo defini- to, cum omnia quidem verba ſint signa conceptuum non ve- ro omnia signa conceptuum ſint ſtatiū verba, e. gr. in mutis obſeruamuſ certa concep- tum signa, ſed nulla verba. De vocibus legi interea poſſet Woltius Metaph. Germ. §. 295- 315 item Cöllingii diſpuat. de Cautione philosophica circa voceſ Viemb ergae hab. 1727 eiusdem diſſerat. ſub Praef. Fearlini habita, de cognitione ſymbolica atque intuitiva, 1725. Altors,

LIV. *TERMINI* ſunt voceſ, notionem quan- tam ſignificanteſ.

LV. *TERMINVS INANIS* eſt, qui notionem deceptricem ſignificat. Idea

Idea deceptrix est, si proprie & rigorose volueris loqui, nulla idea, sed talis tantum appetet, & cognoscenti imponit. Sic si nonnulli memoriam per *receptaculum* idearum definita putant, cum haec verba proferunt, aliquid se intelligere, sed reperire, his verbis auditis, nihil cogitant. *Receptaculum* itaque, in relatione ad animata, est terminus inanis,

LVI. IUDICIVM est ille actus mentis, quo aliquid a re quadam diuersum eidem tribuimus, vel ab ea remouemus. Breuius: *Iudicium est connexio vel separatio idearum.*

LVII. PROPOSITIO siue ENUNCIATIO est oratio, qua alteri significamus, quid rei conueniat, vel non conueniat. Breuis: *Est iudicium verbis expressum.*

LVIII. ORATIO est terminorum combinatio.

LIX. INDIVIDVM est, quicquid sensu percipimus, siue externo, siue interno, aut imaginamur.

Obs. I. Cum vero ea, quae sensibus percipimus, existant, abstracta enim non in sensu cadunt, ea vero, quae existant, sub omnimo & variis circumstantiis considerantur, adeoque omnimo de sint determinata, patet, cur *individuum s. ens singulare* definitur quoque per ens omnimode determinatum, cf. *Wolfi Log. Lat. Part. I. Sect. I. c. II. §. 74.*  
Alii: *individuum est*, quod non habet sui simile,

Obs. II. Sic e. gr. haec mensa, quam vides, est individuum, & haec rosa, quae naribus & visui obvia est, est individuum. Sunt enim in hac mensa ita iam omnia determinata, ut non plures determinationes siue circumstantiae accedere queant, si debet manere haec mensa,

LX. SPECIES est similitudo individuorum,

Sic e. gr. sumas Caium, Petrum, Titium, Sempronium, et plura alia individua, haec, deprehendes, in multis a se individum differre, in hoc vero perpetuo conuenire, observabis, quod Caius, Titius, Sempronius, Petrus, homines sint. Hinc classem entiam constituimus, cui hominis nomen imponimus, atque hinc vides, cur homo speciem constitutat,

LXI. GENVS est similitudo specierum.

E. gr.

E. gr. Honores certam entium speciem constituant, i.eque minus equi, leones, lupi, canes. Si dicitur homines, equi, leones, lupi, canes, &c. tecum consideraueris, differre quidem in quam plurimis, obseruabis, ne eo tamen contienientiam reperies, quod omnes istae species vita et sensione gaudent. Id. quod viuit et sentit, dicimus *animal*, et sic genus constituimus, cui *animalis* nomine imponimus.

LXII. GENVS SUPERIVS est similitudo generum,

E. gr. Animal, spiritus, hoc habent commune, quod existant. Nouum adeo genus habes, sub quo haec duo genera comprehenduntur, quod *entis* nomine designatur.

LXIII. SPECIES INFIMA dicitur, quae non nisi individua sub se comprehendit.

E. gr. homo.

LXIV. RATIOCINATIO est operatio mentis, qua ex duabus propositionibus terminum communem habentibus formatur tertia, combinando terminos, in utraque diuersos. Breuius: RATIOCINARI est ex duobus iudiciis elicere tertium.

E. gr.

*O. sapiens eligit optimum.*

*Deus est sapiens.*

habes heic duas propositiones, habent haec propositiones terminum communem, sc. *sapiens*, si hinc formaueris tertiam propositionem hoc modo:

*Ei: Deus eligit optimum*

combinas duos terminos, sc. terminum *Deum*, et τὸ *eligere optimum*, qui termini erant in utraque propositione diuersi, *Deus enim erat in altera, in altera vero reperiebatur τὸ eligere optimum.*

LXV. IUDICIVM INTUITIVVM est quo enī cūdām tribuimus, quae in ipsius notionē comprehensa intuemur.

E. gr. Pluiae tribuimus humiditatem, idque propterea, quod idea, quam de pluia nobis formamus, eam humidam et

et madidam nobis sit. Hinc iudicium, *pluia est humidus.*  
*madida, est intitium.*

LXVI. IN DISCURSIVUM si diahoticum est, quod per ratiocinum elicetur.

E. gr. Si Caium videris ebrium, tunc ex hoc iudicio, *Caius est ebrius,* et alio, quod ope memoriae tibi succurrit, *ebrius sua ratione non vivitur,* tertium elicitur: *Caius ratione sua non vivitur.* Hoc tertium iudicium dicimus discursivum. Quae et hic Mullerus contra distinctionem inter iudicium intuituum et discursivum monuit ea, vna cum confutatione videbis in Crameri Auflösung der Zweifel §. 46.

LXVII. NOTIONES UNIVERSALES sunt notiones, quibus ea repraesentantur, quae rebus pluribus communia sunt.

E. gr. *Hominis itemque substantiae notio sunt notiones universales.* Pluribus enim rebus siue individuis commune est *esse hominem, & esse substantialiam.*

LXVIII. ESSENTIALIA dicuntur ea, quae constanter insunt, quorum tamen unum per alterum non determinantur.

E. gr. *Rationale esse,* est aliquid homini essentiale.

LXIX. ATTRIBUTA sunt ea, quae constanter insunt, sed per essentialia simul determinantur.

Sic e. gr. docile esse, item moralitatis et libertatis capacitas sunt attributa hominis. a) Insunt haec homini perpetuo, b) determinantur per essentialia u. causa per rationalitatem. Quod enim homo sit docilis, quod sit libertatis moralitatisque capax, id efficitur a rationalitate.

LXX. MODI quos scholastici ACCIDENTIA appellare solent, sunt mutabilia, quae enti insunt, nec per essentialia determinantur.

E. gr. Eruditio in homine est modus. Est enim eruditio a) mutabile quid in homine cum possit adesse et abesse, salua hominis essentia, b) eruditio non per essentialia nominis determinatur, i. e. quod homo eruditus sit, id non necessario fluit ex ipsius essentia, siue rationalitate. Alias enim, qui non esset eruditus, non esset homo.

LXXI.

LXXI. PRINCIPIVM INDIVIDVATIONIS  
est omnimoda determinatio eorum, quae rebus insunt,  
sive est omnium differentiarum, sive numericae, sive  
specifcae fuérint, complexus.

Conf. Leibnitii disp. de principio individuationis sub praesidio Iacob. Thomas. Lips. 1663. habita, item Bulfingerus de origine malis §. 283 sqq. Omnium scilicet determinat onum, & circumstantiarum complexus per quas Caius est hic potius Caius, nec alius quispiam, constituit principium individuationis, sive, stylo veterum scholasticorum, haecceitatem.

LXXII. DIFFERENTIA NOTIONVM FORMALIS est illa, quae a modo cognoscendi desumitur.

Sic differentia not onum formalis est, cum notiones dispe-  
scuntur in claras & obscuras, & clarae rursus in distinctas &  
confusas, distinctae vero a) in completas, & in incompletas b)  
in adaequatas, & in inadequatas. Omnes enim hae divisiones, quod facile vides, a modo repraesentandi desumuntur.

LXXIII. NOTIAE sunt rebus intrinseca, unde  
agnoscuntur, & a se inuicem discernuntur.

Sic nota spiritus est conscientia sui rerumque extra se pos-  
sitarum. Est enim haec conscientia sui a) spiritui intrinse-  
cum quid, b) hinc agnoscis, quod sit spiritus g ) per hanc  
conscientiam sui spiritum a corpore discernis

LXXIV. NOTIO CLARA est, quae nobis notas  
exhibet ad rem agnoscendam, atque ab aliis discernen-  
dam sufficiens.

E. gr. cum colorem nigrum intueris, eum oppido agno-  
scis, & a colore albo, certisque rebus discernis, hinc notio-  
nem eamque claram tibi de colore nigro tortas. Sufficit  
enim haec idea sive notio ad colorem nigrum ab aliis rebus  
dignoscendum.

LXXV. NOTIO OBSCURA est, quae notas in-  
sufficietes continet, sive, quae non sufficit ad rem re-  
praesentatam ab aliis rebus distinguendam.

Praesentiam perceptionum sive notionum obscurarum  
plurimarum in animo adstruxit Bulingerus in epistolis A-  
moe-

nō obaeis de Harmonia Praestabilitate §. 6. Statuere, inquit vir acutissimus, *in medie centrum oratorum, in ambisu circuitus aequalibus interuallis distributorum.* Et voce alta, sed aequaliter sermones habentium. Percipies omnium voces, nulla enim ratiō est, cur alteram magis quam alteram percipiāas. Et nūl tamē intelliget, percipiāst sigisur obscure, (Caii enim vocem & sermōnem sua Titi voce non poteris discernere). Fac, ut unus eorum evanescat cubo silencio. Et reliqui pergaunt, ut antea, vel impone reliquis silentium, aut iube, ut submissi admodum loquantur, consensim us vero pergaat alta, ut prius, voce percipies clare quae dicere (distinguere enim centesimi vocem ab aliiorum vocibus poteris) neque tamen in primo casu reliquorum in aures tuas actio minitur, neque in secundo augetur actio centesimi &c. Haec Pufingerus ad Hollmannum de ideis obscuris de qua cum in animo praesentia multum disputatur, si de Harmonia praestabilita, seimō instituitur.

LXXVI. TERMINVS OBSCURVS est, cui notio obscura adhaeret, clarus vero terminus est, cui notio clara respondet.

Eiusmodi terminorum obscurorum plena sunt nonnullorum scholasticorum scripta, item libri Boehmisticci, Paracelsistici, mystici, alii, in quibus subinde occurrunt voces, *Microcosmetor Bibnimalca, Gasteranax, Rachamelca &c.* &c. vid. Wildii dissertatione de Lue animalium Boehmistica, & Sonningius in Vocabulario Pseudo Mysticō.

LXXVII. NOTIO DISTINCTA est, si notas, quas nobis sifit, distinguere valemus. Siue: Notio distincta est eiusmodi repraesentatio, vi cuius non modo obiectum repraesentatum ab aliis rebus possimus distingere, sed notas quoque characteristicas, quibus obiectum repraesentatum ab aliis rebus dignoscatur, signata in notis rebus repraesentare, atque aliis enumerare valemus.

Eg. De Deo notionem distinctam tibi formas. Si notas, quibus distinguitur Deus ab aliis rebus, tibi signata in notis, & cum aliis interrogatus communicare potes. Si notis scilicet Deum esse ens independens, formas tibi de ipso ideam distinctam.

LXXVIII.

LXXVIII. **N O T I O** s. **I D E A C O N F U S A** est, si *notas distinguere non possumus*, sive, si *objektum representatum possimus quidem ab aliis rebus differire, non autem valemus notas & criteria, quibus dignoscatur objektum ab aliis, signatim nobis fissere.*

E. gr. nosti colorem album a nigro discernere, itemque potes sonum vnius campanae a sono alterius cuiusdam campanae distinguere. At signatim nobis tibi notas, quibus color albus a nigro distinguatur, enumera quae eo coeo qui inde ab utero neque nigrum neque album vidit, notas, quibus nigrum ab albo, & album rursus a nigro differat. Nihil profecto efficies, ut ade videas, te confusam tibi notionem formare a colore albo & nigro. Quod idem o. tinet in ceteris rebus, in sensu incurrentibus. Quae Hoheiselius hic monstrauit, ideas refutavit in Sc. losseri diff. t. epistolica ad Hoheiselium de Ideis §. 8. Straehlerus definitionem auctoris emendare voluit Part. II. Exam. §. 2. sed quo successu id utero fuisus commonstrabo in commentatione us Logicis,

LXXIX. **N O T I O C O M P L E T A** est, *quae-notas sufficietes exhibet ad rem in STATU QVOLIBET agnoscendam, & ab aliis distinguendam.*

E. gr. De Deo formas tibi notionem completam, si Deum tibi representaueris tanquam spiritum independentem. Haec enim notae, quas allegas de Deo, sufficiunt ad Deum ab omnibus aliis rebus in omni casu, statu, & tempore distinguendum.

LXXX. **N O T I O I N C O M P L E T A** est, *quae-notas insufficietes continet.*

E. gr. Notionem habes Dei incompletam, si has de Deo notas allegaueris, Deus est spiritus, omni corruptione liber. Notionem item de immortalitate animae incompletam formas, si eam collocaueris vnicice in perseverantia post mortem corporis. Plura enim requiri iad immortalitatem, ostendit Thummigius in dissertat. de Immortalitate animae.

Notionem incompletam de homine tibi formas, si has de ipso cum Platone enumeraueris notas: est animal bipes implume. Hac enim notae non sufficiunt ad hominem ab omnibus aliis rebus in quo quis statu dignoscendum.

LXXXI.

LXXXI. **NOTIO ABUNDANS** est, quae plures continet notas; quam quae ad rem agnoscendam, & ab aliis discernendam sufficiunt.

Eiusmodi notiones abundantes identidem reperio in non-nullis veterum systematibus & compendiis. Hic enim, cum definitiones lego, ita notas rei definitae coaceruari video, ut plura omnino adsint, quae poterant abesse. Huc refero quoque nonnullas Cel. Rii, et definitiones.

LXXXII. **NOTIO ADAEQVATA** est notio distincta in notiones distinctas notarum, quae eam ingrediuntur, & cognoscente resolutibilis. Siue **NOTIO ADAEQVATA** est, cum notarum characteristicarum rursus notiones distinctas formo.

E. gr. Si dixeris, *inuidia* est taedium ob felicitatem alterius, recenses notas quasdam characteristicas de inuidia, adeoque formas tibi de inuidia notionem distinctam (per def. LXXVII.) notae characteristicae, notionem inuidiae ingredientes, sunt *taedium* & *felicitas*. Si itaque de his notis characteristicis rursus tibi formas notiones distinctas, i. e. si notas characteristicas, ideam *taedii* & *felicitatis* constituentes, sigillatim tibi sistere & enumerare vales, si nosti scilicet, quid sit taedium, quid sit felicitas, tunc de *inuidia* tibi formas notionem adaequatam.

LXXXIII. **NOTIO INADEQVATA** est, cum notarum characteristicarum nullas notiones distinctas possideo.

LXXXIV. **PRIMVS GRADVS NOTIONIS ADAEQVATAE** est prima resolutio notionis distinctae in notiones distinctas notarum.

E. gr. Si determinueris *inuidiam* per taedium ob felicitatem alterius, tunc notionem distinctam inuidiae possides. Si hanc rationem distinctam resoluere potes in notionem distinctam notarum i. e. si de notis, inuidiae notionem ingredientibus, quae sunt *taedium*, & *felicitas* rursus notas characteristicas enumeras, habes primum gradum adaequatae notionis.

LXXXV. **GRADVS SECUNDVS NOTIONIS ADAEQVATAE** est secunda resolutio notionum

**d**istinctarum notarum, quae datam notionem ingrediuntur, in notiones distinctas notarum, quae illas vltius ingrediuntur.

E. gr. Definias *inuidiam* per taedium ob felicitatem alterius. Hic nullum adhuc h. b. gradum adaequatae notionis. Definias porro *enidium* per sensum imperfectionis & *felicitatem* per statum durabilis gaudii. Hic habes primum gradum adaequatae notionis. Si porro definueris *sensum* per representationem rerum notis praesentium & *imperfectionem* per contradictionem variorum in uno, item si euolueris vltius, quid sit gaudium. quid sit gaudium durabile, habes secundum gradum adaequatae notionis, & sic potro.

**LXXXVI. DIFFERENTIA NOTIONVM MATERIALIS** est, quae a materia earundem, seu re repraesentata desumitur.

Huc referri solent ideae rerum praesentium, & absentium, idea substantiarum & modorum, maxime vero ideae vniuersales & singulares.

**LXXXVII. NOTIO SIMPLEX** est, quae solis notis constat.

E. gr. qui sibi spiritum sifit. vt substantiam intelligentem, notiem spiritus habet simplicem, si quis sibi hominem, vt hominem, repraesentat, gaudet notione impliciti.

**LXXXVIII. NOTIO COMPLEXA** est, quae praeter notas alia, siue rei intrinseca, siue extrinseca complexitur.

E. gr. Si hominem sub multiplicibus circumstantiis & determinationibus omnimedis tibi sifis, si ipsum consilias, quatenus his illisue parentibus est progenitus, si ipsius patr. am, vestem, studia, mores, diuitias, staturam, ponderaueris, complexa est notio. Multa enim hic occurunt, quae ad notas, hominem constituentes, non pertinent.

**LXXXIX. TERMINVS SIMPLEX** seu **INCOMPLEXVS** est, qui notiem simplicem seu incomplexam significat.

**XC. TERMINVS COMPLEXVS** est, qui notiem complexam significat.

E. gr.

## DEFINITIONES LOGICAE.

19

E. gr. Lapis rotundus.

XCI. **N**O T I O A B S T R A C T A e s t , q u a e a l i q u i d , q u o d r e i c u i d a m i n e s t , v e l a d e s t , r e p r a e s e n t a t a b s q u e **e a r e i** , c u i i n e s t , v e l a d e s t .

E. gr. pietatis notio sistit tibi eiusmodi quid, quod alicui rei inest, non autem determinatur res sive subiectum, cui inest, v e l a d e s t .

XCII. **N**O T I O C O N C R E T A e s t , q u a e a l i q u i d , q u o d a l t e r i i n e s t , v e l a d e s t , r e p r a e s e n t a t , v t e i d e m i n e x i s t e n s .

E. gr. Si subiectum aliquod consideratur, ut pius, e s t n o t i o c o n c r e t a .

XCIII. **T**E R M I N V S A B S T R A C T V S e s t , q u i n o t i o n e m a b s t r a c t a m s i g n i f i c a t .

E. gr. pietas.

XCIV. **T**E R M I N V S C O N C R E T V S e s t , q u i n o t i o n e m c o n c r e t a m s i g n i f i c a t .

E. gr. pius.

XCV. **N**O T I O C O M M U N I S e s t , q u i p l u r i b u s c o m m u n i a e x h i b e t .

E. gr. notio *substantiae* est notio communis, pluribus enim individuis competit.

XCVI. **N**O T I O S I N G V L A R I S e s t , q u a e r e m singularem, seu individuum, r e p r a e s e n t a t .

E. gr. Notio huius mundi.

XCVII. **T**E R M I N V S C O M M U N I S e s t , q u i n o t i o n e m c o m m u n e m d e s i g n a t .

E. gr. homo, vitium &c.

XCVIII. **T**E R M I N V S S I N G V L A R I S e s t , q u i i n d i v i d u u m s i g n i f i c a t .

E. gr. Paullus, Caius.

XCIX. **A**L T E R I V S M E N T E M I N T E L L I G I M V S , s i , a u d i t a a l t e r i u s v o c e ; e a n d e m i n n o b i s

notionem excitare possumus, quam cum ea voce coniungit alter.

E. gr. Si Caius dixerit, *bis mundus est optimus* tunc, si eundem conceptum cum voce *mundi*, & cum voce *optimi*, coniungo, quem Caius coniungit, intelligo mentem Caii. Sed fac Caium aliungi conceptum cum voce *mundi* & cum voce *optimi* combinare, quam quem tu coniungis, tunc non intelligis Caii mentem, conf. Hanschii dissert. de eo, quod obseruandum, vt nos perfecte intelligamus.

C. NOTIO DETERMINATA est, quae nec plures nec pauciores habet notas, quam quae rei representandae sufficient, quae ipsis respondet.

E. gr. Si *spem* tibi repraesentaueris tanquam gaudium ob bonum futurum, determinatam de spe notionem tibi formas. Non enim plures, nec pauciores haec notio exhibit notas, quam quae ad spem requiruntur. Alias dicitur notio fixa.

CI. TERMINVS FIXVS SEV FIXI SIGNIFICATVS est, cui notio inuariata constanter responderet.

E. gr. *spes, insidia, etc.*

CII. TERMINVS VAGVS est, cui non constanter inuariata responderet notio.

E. gr. terminus *sensus, ingenium, ius, intellectus, Politicus, &c.*

CIII. TERMINVS nobis dicitur FAMILIARIS, quem nos intelligere putamus, et si ad notionem, quae eodem denotatur, non attendamus.

E. gr. Multi cum dicunt, hic est *un galant homme*, se putant, quid dicant, intelligere, cum vero interrogaueris, quid sibi velint hac locutione, obmutescant.

CIIV. SIGNIFICATVS PROPRIVS est notio, qua repraesentatur res, cui indigitaiae terminus aliquis destinatur.

E. gr. *Luminis significatus proprius* est, si voce *luminis* eiusmodi notio in te excitatur, qua per lumen intelligis eiusmodi quid, quod efficit, vt circumiecta corpora distinguere possit.

possimus. Ad huc ipsum enim significandum destinatus est terminus *luminis*.

**CV. TERMINVS PROPRIE SVM** dicitur tamdiu, quamdiu eidem notio illa attribuitur, cui in digitandae destinatus est.

E. gr. tamdiu terminus *luminis proprius sumi* dicitur, quam diu hoc termino eiusmodi quid significatur, quod circumiecta corpora distinguere facit.

**CVI. Significatus vocum in communi sermone proprius** constituit id, quod vocamus **V SVM LOQ VENDI.** **V SVM** itaque **LOQ VENDI OB SERVAT** ille, qui terminis eas tribuit notiones, quibus res repraesentantur, iis in communi sermone indigitatae.

E. gr. In communi sermone sumimus *lumen pro omni eo*, quod efficit, ut circumiecta corpora distinguere queamus, usus igitur loquendi exigit, ut voci *luminis* notionem tribuamus, qua id, quod circumiecta corpora distinguit, repraesentatur.

**CVII. RECEPTVS TERMINORVM SIGNIFICATIVS** est eorum significatus in disciplinis ac arte proprius.

Haec definitio ex iis, quae iam praemissae sunt, facilime intelligitur.

**CVIII. DEFINITIO** est oratio, qua significatur notio completa atque determinata, termino cuidam respondens. Breuius: *Definatio est idea distincta completa.*

E. gr. Si dixeris. *inuidia* est taedium ob felicitatem alterius, 1) notas charactisticas recenses, quibus inuidia ab aliis rebus potest discerni, adeoque habes inuidiae ideam distinctam (per def. LXXVII.) 2) eiusmodi notas recenses, quae sufficiunt ad inuidiam ab omnibus aliis rebus in *quoniam* *satu* discernendam, adeoque ideam tibi formas de inuidia completan (per def. LXXXVIII.) habes itaque definitiōnem inuidiae accuratam.

CIX. DEFINITUM est ipse terminus, sive res definitione indigata.

E. gr. in casu priori definitum erat *inuidia*.

CX. CIRCULUS IN DEFINIENDO est vi-  
tium, quo in definitionem admittitur terminus, cui-  
us definitionem ingreditur definitum, Breuius: *Cir-  
culus est, cum ideam partialera rursus per ideam to-  
talem definiatur.*

Si quis e. gr. *Sensationes* defininet per repraesentationes  
rerum corpori nostro praesentium, *res autem corpori nostro  
praesentes* dicaret illas, quae sub sensu cadunt, sc. quod idem  
est, quas *sensationis* ope percipimus, committeret circulum.  
Hic enim idea totalis est *sensatio*. Definitum enim semper  
consideratur, ut totum. Ideae partiales sunt a) *repraesen-  
tatio* b) *res corpori nostro praesentes*. Notae enim char-  
acteristicae, definitum constituentes, considerantur, ut par-  
tes. Iam vero, cum idea partialis, sc. *res corpori nostro  
praesentes*, definiatur per ideam totalem, sc. per *sensationem*,  
facile vides circulum in definiendo.

CXI. DEFINITIO REALIS est, quae modum  
exponit, quo aliquid fieri potest.

E. gr. Si Wolfius cum Cartesio definit voluptatem per  
sensem huc cognitionem intuituam perfectionis, tum defi-  
nitio haec explicat modum, quo voluptas generatur, adeo-  
que realis est.

CXII. DEFINITIO GENETICA est, quae  
rei genesis seu modum, quo ea fieri potest, exponit.

Cur dicitur genetica, ratio est in promptu. *Favositas*  
enim sive originem rei tradit. Est haec definitio eadem  
cum reali.

CXIII. DEFINITIO NOMINALIS est, pen-  
guam non patet, rem definitam esse possibilem, sive:  
*Definitio nominalis est enumeratio notarum, quibus res  
definita ab omnibus alijs rebus in quouis statu discerni  
potest.*

E. gr.

E. gr. *Definitio spiritus*, qua definitur per substantiam intelligentem, est nominis. Non enim hic genesis & ortus spiritus exponitur, sed criterium aliquod distinctivum, per quod spiritus ab aliis rebus discernitur, tantum allegatur.

**CXIV. SVBIECTVM** est illud, de quo iudicatur.

**CXV. PRAEDICATVM** est illud, quod rei cuiam tribuitur, vel ab ea remouetur.

**CXVI. COPVLA** est vocata illa, quae nexus praedicati & subiecti significat.

E. gr. Vocabula EST in hac propositione: mundus est contingens: est copula.

**CXVII. IUDICIVM AFFIRMATIVVM** est notionum coniunctio.

**CXVIII. IUDICIVM NEGATIVVM** est notionum separatio.

**CXIX. PROPOSITIO f. ENVNCIATIO AFFIRMATIVA** est, in qua praedicatum tribuitur subiecto.

**CXX. PROPOSITIO f. ENVNCIATIO NEGATIVA** est, in qua praedicatum remouetur a suo subiecto.

E. gr. Mundus non est ens absolute necessarium.

**CXXI. AFFIRMARE** est praedicatum aliquod tribuere cuidam subiecto.

**CXXII. NEGARE** est praedicatum aliquod removere a suo subiecto.

Hae definitiones omnes nemini non clare esse possunt.

**CXXIII. PROPOSITIO INFINITA** est, quae speciem negatiuae habet, sed reuera affirmativa est.

E. gr. Adam potuit *non-peccare*, Adam potuit *non-mori*. Quae propositiones sunt infinitae et verae. Sed aliae sunt propositiones sequentes; Adam non potuit peccare Adam non potuit mori. Quae propositiones negationes sunt & falsae.

**CXXIV. NOTIO POSITIVA** est, quae constat notis realitates denotantibus.

E. gr. Corpus, substantia, homo &c, iunt notiones positivae.

**CXXV. NOTIO NEGATIVA** est, quae a representatione remouet realitates, seu earum absentiam tanquam notas rei exhibet,

E. gr. In notione τὸς *immaterialis* tarentia & absentia partium, tanquam nota entis immaterialis, per quam ab aliis rebus cognoscitur, nobis sistitur. Hinc notiōνem τὸς *immaterialis*, vides, esse negatiūam.

**CXXVI. PROPOSITIO IDENTICA** est, si subiecto & praedicato eadem respondet notio.

E. gr. Si dixeris: Anima est anima.

**CXXVII. TERMINVS POSITIVVS** est, qui notiōνem positivam denotat.

**CXXVIII. TERMINVS NEGATIVVS** est, qui notiōνem negatiūam denotat.

E. gr. immateriale.

**CXXIX. PROPOSITIO CATEGORICA** est, in qua praedicatum absolute, seu nulla adiecta conditio, de subiecto enunciatur.

E. gr. Sapiens eligit optimum.

**CXXX. PROPOSITIO HYPOTHETICA** est, in qua praedicatum tribuitur subiecto, sub adiecta conditio.

E. gr. Si Deus est sapiens, eligit optimum.

**CXXXI.**

CXXXI. DETERMINATIO SVBIECTI est id, quod subiecto adiicitur ad determinandum eius statum, in quo praedicatum ei tribui potest.

Sive, gr. hanc habueris propositionem, affectus, imperium rationis respuentes, hominem in exitium detrudunt. Affectus in se considerati, non nocent: adeoque hoc praedicatum, *in exitium detrudunt*, affectibus per se tribui non potest. Quare adiicitur ad subiectum, *non respuere rationis imperium*. Quo ipso determinatur status, in quo affectus tribui potest, quod noceat. *non respuere ergo imperium rationis* est hic determinatio subiecti.

CXXXII. DETERMINATIONES SVBIECTI AEQVIVALENTES sunt, quarum una alteri, salvo praedicato, substitui potest.

Si e. gr. dixeris: *Affectus, nisi distinctis dirigantur representationibus*, hominem in exitium detrudent, & si hanc formaueris propositionem: *Affectus, imperium rationis respuentes*, detrudunt hominem in exitium, determinations subiecti aequivalentes adhibes.

CXXXIII. DETERMINATIONES SVBIECTI NON AEQVIVALENTES SIVE DIVERSAE sunt illae, quarum una alteri, salvo praedicato, substitui nequit.

CXXXIV. IUDICIVM SINGVLARE est, cuius subiectum est individuum.

E. gr. haec mensa, quam vides, est quadrata, hic munus est optimus, Petrus est doctus, &c.

CXXXV. PROPOSITIO SINGULARIS est, cuius subiectum est terminus singularis, seu individuum determinatum.

Tales sunt propositiones, modo allegatae.

CXXXVI. IUDICIVM VNIVERSALE est, cuius subiectum est notio communis, species nempe, vel genus, praedicatum autem conuenit singulis

lis speciei indiuiduis, vel singulis generis speciebus, harumque indiuiduis, siue absolute, siue sub data determinatione,

E. gr. Iudicium vniuersae habes, si dixeris, omnis substantia vi agendi praedita est, omnis homo est ens liberum. Subiectum enim hic est notio communis, nempe in illa propositione genus, *substantia*, in hac species, *homo*, & praedicatum in illa singulis generis speciebus, in hac singulis indiuiduis competit. Possum enim dicere, Caius, Titius, Sempronius, sunt entia libera. Sic itidem haec propositio, *omnis affectus, imperium rationis respuens, nacet*, est iudicium vniuerale, praedicatum enim, sub adiecta determinatione, omnibus affectus speciebus conuenit.

CXXXVII. PROPOSITIO UNIVERSALIS est, qua subiecto praefigitur signum vniuersalitatis.

Signum autem vniuersalitatis in propositione affirmativa est vox *omnis*, in propositione negativa *nullus*.

CXXXVIII. IUDICIVM PARTICVLARE est, cuius subiectum est terminus communis, species nempe vel genus, praedicatum vero non conuenit, nisi quibusdam speciei vel generis indiuiduis.

E. gr. Quidam homo est pius.

CXXXIX. PROPOSITIO PARTICULARIS est, cuius subiecto praefigitur signum particularitatis.

Signum autem particularitatis est vox *quidam*.

CXL, PROPOSITIO DEFINITA est, cuius subiecto additur signum quantitatis, nempe vel vniuersalitatis, vel particularitatis, vel singularitatis.

Tales sunt propositiones, modo allatae, *Signum singularitatis* est vox hic.

CXLI, PROPOSITIO INDEFINITA est, cuius

cuius subiectum est terminus communis, siue absolute positus, siue cum certa determinatione, sed absque signo quantitatis,

E. gr. *Spiritus est incorruptibilis.*

**CXLII. PROPOSITIO INDEMONSTRABILIS.** est, cuius subiecto conuenire, vel non conuenire praedicatum, terminis intellectis, patet.

E. gr. R̄is duo faciunt quatuor, impossibile est, idem simul esse & non esse. Hae dicitur per *terminos manifestos*,

**CXLIII. DEMONSTRATIVA PROPOSITIO** est, cuius subiecto conuenire, vel non conuenire praedicatum, intellectis terminis, nondum patet.

E. gr. *Anima est immortalis. Observatio legis naturae hominem telicem reddit. &c.*

**CXLIV. PROPOSITIO** dicitur **THEORETICA**, in qua aliquid, quod subiecto inest vel adest, de eodem affirmatur vel negatur.

E. gr. *Omne ens simplex caret figura.*

**CXLV. PROPOSITIO PRACTICA** est, qua aliquid fieri posse affirmatur, vel fieri debere postulatur.

Sic e. gr. *propositio practica est, qua voluntatem emendari posse affirmatur, vel qua emendari iubetur.*

**CXLVI. AXIOMA** est *propositio theoretica indemonstrabilis.*

Sic e. gr. *Impossibile est, idem simul esse & non esse* est propositio axiomatica. Est enim 1) propositio theoretica, 2) indemonstrabilis. Ex quo patet, veterum philosophorum praeceptia minus recte dici axioma, cum multis illa sint exceptionibus obnoxia, & demonstratione adhuc indigent. cf. Bulfingeri dissertat, de Axiomat. Philosoph. Tub. habita, item Muller de veris & falsis philosophis §. 29.

**CXLVII.**

CXLVII. POSTULATUM est propositio practica indemonstrabilis.

E. gr. Faciendum id est, quod nos nostrumque statum, vel internum, vel externum, perfectiore reddit.

CXLVIII. THEOREMA est propositio theoreti-  
ca demonstrativa.

Sunt propositiones: *Ens simplex oritur in instanti, anima est immortalis, Deus dicit optimum*, sunt theorematum. Sunt enim 1) propositiones theo, etiæ, 2) indigent demonstratione. Cel. Syrbius vocat theorematum propositiones, nude aliud affirmantes, vel negantes, & axiomata non minus, quam postulata in eorum numerum referenda esse, opinatur. Se quo fundamento, & quod iure, alii iudicent. conf. eius Philos. Prima p. 102.

CXLIX. PROBLEMA est propositio practica de-  
monstrativa.

Sié propositio, qua docemur affectus recte dirigere, & genera-  
tivam voluntatem emendare, est problema. Alias vocatur  
problema propositione inevidens, de qua in viramque contra-  
dictionis partem cum aliqua veritati specie disputari potest.

CL. COROLLARIA, alias conjectaria, sunt  
propositiones, quae non multa ratiociniorum ambage ex  
definitionibus vel propositionibus aliis inferuntur.

Obseru. I. Si e. gr. hanc habueris propositionem, *mundus est contingens*. & ex ea deduxeris hanc. *E. alii mundi prae-  
ter hunc sunt possibiles*, vltimam hanc propositionem, tan-  
quam conjectarum, considerare potes.

Obseru. II. Singulis his propositionum generibus addi-  
solent scholia, quae explicant, quae adhuc obscura videri  
poterant, vsum indicant propositionum & vel ex historia  
exemplum, vel aliud quid commemorabile adjiciunt. An-  
notari hic denique merentur *Lemmata*, quae dicuntur pro-  
positiones, ex aliena disciplina desumptae, & in subsidium  
adductae, ad demonstrationem sicutius propositionis in di-  
sciplina, quam tractamus, obviae, absoluendam. e. gr. Si  
theoremata metaphysicum praemittitur demonstrationibus  
moralibus.

CLI.

**CLI.** PROPOSITIONES AEQUIPOLLENTEs sunt; si de definito praedicatur notio eidem in definitione attributa, & de hac notione definitum.

E. gr. *Omnis sapiens eligit optimum, & cùm, qui eligit optimum, est sapiens* sunt propositiones aequipollentes.

**CLII.** CONVERTI DICITVR PROPOSITIONE, si praedicatum fiat subiectum, & subiectum praedicatum.

**CLIII.** CONVERSÀ dicitur propositio, quae per eiusmodi conuersionem prodit.

Propositionis e. gr. *Si Deus est sapiens, eligit optimum conquerus est haec altera, si Deus eligit optimum, est sapiens.*

**CLIV.** PROPOSITIONES OPPOSITAE sunt, quarum una negatur, quod altera affirmatur.

Sic e. gr. *Omnis spiritus cogitat, omnis spiritus non cogitat,* sunt propositiones oppositae.

**CLV.** PROPOSITIONES CONTRADICTORIAE dicuntur, quibus idem ponitut simul esse & non esse.

E. gr. *Sol lucet, & sol non lucet.*

**CLVI.** PROPOSITIONES CONTRARIAE sunt, quarum una vniuersaliter negatur, quod in altera vniuersaliter affirmatur de eodem subiecto.

E. gr. *Omnis sapiens eligit optimum, nullus sapiens eligit optimum.*

**CLVII.** PROPOSITIONES SUB CONTRARIAE sunt propositiones particulares, in quibus idem affirmatur & negatur de diuersis inferioribus ad idem genus vel eandem speciem relatis.

E. gr. *Quidam homines eligunt optimum, quidam homines non eligunt optimum.*

**CLVII.**

**CLVIII. PROPOSITIO SUBALTERNANS**  
est propositio particularis, in oppositione ad suam uniuersalem, sub qua continetur.

E. gr. *Omnis sapiens eligit optimum & quidam sapiens eligit optimum.*

**CLIX. SUBJECTO REPUGNARE** dicuntur ea, quae, saluis essentialibus, aut attributis, vel iis, quae per modum attributorum insunt, consequenter definitione salua, subiecto conuenire nequeunt.

E. gr. *Ens simplex ex sua natura est corruptibile.* Hic praedicatum τὸ corruptibile esse ex sua natura conuenire subiecto non potest, salua entis implicita essentia, saluisque ceteris eius attributis, adeoque repugnat hoc praedicatum subiecto.

**CLX. REPUGNARE HYPOTHESI** dicuntur, quae subiecto in data hypothesi seu ob adiectam determinationem conuenire nequeunt.

E. gr. *Affectus, quatenus imperium rationis admittunt, in exitium detrudunt, hic praedicatum subiecto non in se repugnat, repugnat tamen eidem ob hypothesin seu adiectam determinationem.*

**CLXI. PROPOSITIONES CRYPTICAE** sunt, quarum genuina forma non apparet.

Hæc propositiones dicuntur αὐγυπτιῶν, occulto, absconde, quia in illis forma legitima occulta est.

E. gr. in quolibet ordine debet adesse similitudo variorum. Hic latet subiectum, neque nisi attendenti, appareat, quodnam illud sit.

**CLXII. PROPOSITIONES SIMPLICES** sunt, quae unum habent subiectum atque praedicatum.

E. gr. *Mundus est contingens.*

**CLXIII. PROPOSITIONES COMPOSITAE** sunt, quae ex pluribus simplicibus coalescent

E. gr. *Mundus est eiusmodi, ut & possit esse aliter, & ut finibus diuinis sit conuenientissimus.* Hæc propositio ex his

his duabus propositionibus coaluit, 1) Mundus potest esse aliter, 2) mundus finibus diuinis est conuenientissimus.

**CLXIV. PROPOSITIO COMPOSITA COPULATIVA** est, si subiectum & praedicatum coniunguntur, ita, ut utriusque subiecto sigillatim possit tribui idem praedicatum, vel eidem subiecto possint tribui singula praedicata, aut in negatiis ab eo remoueri.

E. gr. *Spiritus & intellectu & voluntate praeditus est Caius & Titius gaudentibus erteat.* In illa propositione vni subiecto singula praedicata tribui possunt, in hac utriusque subiecto idem praedicatum sigillatim potest tribui.

**CLXV. PROPOSITIO COMPOSITA DISTINCTIVA** est, vbi ex pluribus praedicatis vnum tribuendum esse subiecto affirmatur, sed quodnam eorum tribui debeat, non determinatur.

E. gr. *Aus anima est substantia simplex aut composita.* Hic alterutrum praedicatorum tribuendum esse animae affirmatur, sed quodnam sit ex his ipsis tribuendum, non determinatur, sed in dubio relinquitur.

**CLXVI. PROPOSITIONES DETERMINATAE** sunt, quas nec plures nec pauciores ingrediuntur voces, quam ad iudicium determinatum significandum sufficientes.

**CLXVII. IUDICIVM DETERMINATVM** est, quod seruat formam a Logica praescriptam, nempe, ut subiectum representetur sub ea notione, ut in ea contineatur ratio, cur eidem conueniat praedicatum, seu id, per quod determinatur praedicatum.

E. gr. *Propositio determinata est, si dixeris, omnis, qui ratione sua uititur, cum praesentibus futura connectit, Deus est omnipotens, ex notione enim subiecti statim colligi potest, cur hoc praedicatum, nec aliud competit.*

**CLXVIII.**

CLXVIII. IUDICIVM VAGVM est, quod subiectum ita non exhibet, ut notio eius includat id, per quod praedicatum determinatur.

CLXIX. PROPOSITIO VAGA est, qua iudicium vagum significatur.

E. gr. Propositio vaga est: *Qui necessitatem euentuum in scriptis philosophicis statuunt, Spinozam patrocinantur. Vel Affectus sunt tradicandi.* Multae enim hic adiiciantur, oportet, determinationes prius, quam veritas harum propositionum possit perspicere.

CLXX. HOMONYMIA siue AEQVIVOCATIO est diuersus eiusdem vocis significatus.

CLXXI. HOMONYMA siue AEQVIVOGA sunt res diuervae eodem termino denotatae.

CLXXII. HOMONYMVS siue AEQVIVO<sup>C</sup>V<sub>S</sub> TERMINVS est terminus res diuersas denotans.

E. gr. Vox *ratio* aequiuoca est, mox enim sumitur pro *fundamento* alicuius rei, & tunc significat omne id ex quo intelligi potest, cur res aliqua potius sit, quam non sit, cur sit hoc modo, et non alio, mox denota *illam mentis facultatem*, quia *nexus rerum et veritatum* possumus distincte introspicere, mox sumitur pro *ipsa veritatum connexione*, quo sensu Leibnitius rationem, *objectione* scilicet sumtam, definit per catenam veritatum. De quo infra verbosius.

CLXXIII. SYNONYMIA est terminorum siue vocum significatus idem.

CLXXIV. SYNONYMA siue TERMINI SYNONYMICI sunt termini diuersi eundem significatum habentes.

E. gr. *Affectus, affectiones, commotiones, item perturbationes animi, πάθη* sunt synonyma.

CLXXV. SYLLOGISMVS est oratio, qua ratiocinium seu discursus distincte proponitur. Breuius: *Syllogismus est ratiocinium verbis expressum.*

CLXXVI.

CLXXVI. P R A E M I S S A E dicuntur duae propositiones, ex quibus tertia formatur, combinando duos terminos in istis obuiis.

Proponamus nobis, exempli loco, sequentem syllogismum:

O. homo gaudet ratione,  
Atqui, Caius est homo,  
E. Caius gaudet ratione.

Propositiones duae priores sunt praemissae, ex his enim tertia propositio, E. Caius gaudet ratione formatur. & quidem ita, ut combinetur in hac tertia propositione duos termini, qui in praemissis erant diuersi. A nonnullis sumtiones vocantur.

CLXXVII. C O N C L V S I O vocatur propositio tertia, quae ex iis dicta ratione formatur.

E. gr. In Syllogismo adducto est haec propositio:  
E. Caius gaudet ratione.

CLXXVIII. ILLATIO est ipsa propositionis tertiae formatio per combinationem terminorum, in duabus aliis terminum communem habentibus diuersorum.

E. gr. Tertia propositio in syllogismo iam allato. E. Caius gaudet ratione, ex duabus prioribus seu praemissis inferre dicitur.

CLXXIX. T E R M I N V S M E D I U S est terminus praemissarum communis.

E. gr. In exemplo proposito est terminus medius homo. Hic enim est praemissarum terminus communis.

CLXXX. E X T R E M I T E R M I N I dicuntur termini in praemissis diuersi.

E. gr. Caius, non gaudere ratione.

CLXXXI. T E R M I N V S M A I O R est terminus extremus, qui subit vicem praedicati in conclusione.

E. gr. In nostro Syllogismo est terminus maior *tō gaudere ratione*.

**CLXXXII. TERMINVS MINOR est terminus extremus, qui in eadem valet locum subiecti.**

E. gr. In Syllogismo videlicet terminus minor est *Caius*. Terminus major ideo dicitur *maior*, quia est majoris extensisōnis & latitudinis, quam terminus minor. Praedicatum enim latius patet, quam subiectum, & *tō gaudere ratione* majoris est extensisōnis, i. e. ad plura potest extendi & applicari, quam idea *Caii*. Terminus minor ideo dicitur *minor*, quia est minoris latitudinis & extensisōnis, quam terminus major. Subiectum tam late non patet, quam praedicatum.

**CLXXXIII. PROPOSITIO MAIOR est praemissa, in qua terminus major construitur cum termino medio.**

E. gr. In Syllogismo adducto propositio maior est haec: *Omnis homo gaudet ratione*, hic enim terminus, scilicet *tō gaudere ratione*, cum termino medio, nempe voce *bominis*, componitur. Haec propositio ita item ideo dicitur *maior*, quia est majoris extensisōnis & latitudinis, quam propositio *minor*. Sine dubio enim haec propositio: *Omnis homo gaudet ratione*, latius extendi potest, quam haec: *Caius est homo*.

**CLXXXIV. PROPOSITIO MINOR est, in qua terminus minor construitur cum medio.**

E. gr. In Syllogismo allegato haec propositio est propositio minor: *Caius est homo*. Hec enim terminus minor, sc. *Caius*, contruitur cum medio, videlicet cum termino *bominis*. Cur dicatur haec propositio minor, ex dictis constare potest.

**CLXXXV. SYLLOGISMVS AFFIRMANS est, cuius conclusio est affirmans.**

Talis est Syllogismus, supra adductus.

**CLXXXVI. SYLLOGISMVS NEGANS est, cuius conclusio est negans.**

**CLXXXVII. SYLLOGISMVS VNIIVERSALIS est, cuius conclusio est vniuersalis.**

**CLXXXVIII.**

**CLXXXVIII. SYLLOISMVS PARTICVLARIS** est, cuius conclusio est particularis.

E. gr. Omne compositum est mensurabile, quoddam ens est compositum, E. quoddam ens est mensurabile.

**CLXXXIX. FIGVR A PRIMA SYLLOGISMORVM** est, in qua medius terminus est subiectum propositionis maioris & praedicatum minoris.

**CXC. FIGVR A SECUND A** est, in qua medius terminus est utriusque praemissae praedicatum.

**CXCI. FIGVR A TERTIA** est, in qua medius terminus est utriusque praemissae subiectum.

*Figura autem Syllogismorum in genere est dispositio trium terminorum, h. e. medium cum duobus terminis conclusionis.*

*Quarta denique figura est, ubi medius terminus in maiorि est praedicatum, & in minori subiectum.*

**CXCII. MODI SYLLOGISMORVM** sunt species syllogismorum, quae in singulis figuris per diversitatem quantitatis vel qualitatis propositionum constituantur.

**CXCIII. DICTVM DE OMNI** dicitur propositio: *Quicquid de genere vel specie omni affirmari potest, illud etiam affirmatur de quovis, sub illo genere vel specie contento.*

**CXCIV. DICTVM DE NULO** est haec propositio: *Quicquid de genere vel specie omni negatur, illud etiam de quovis, sub illo genere vel illa specie contento negari debet.*

CXCV. PROPOSITIONES PROPRIAЕ sunt propositiones singulares, in quibus praedicatum est subiecto singulari proprium.

E. gr. Wolfius Cosmologiam generalem in artis formam redegit, eamque systematico ordine proposuit.

CXCVI. PAR S D E B I L I O R dicitur praemissa particularis aut negatiua.

E. gr. *Quidam homo est doctus. N. mendacium est licitum.*

CXCVII. SYLLOGISMVS SIMPLEX siue CATEGORICVS est, qui ex meris propositionibus categoricis consistit.

Talis est syllogismus, supra a nobis propositus.

CXCVIII. SVB SVM I dicitur propositio minor sub maiore, si haec primo ponitur loco.

E. gr. Si quis adstruxerit, *nullum inuidum esse mente tranquilla, & alter adiecit, Atqui tu es inuidus,* hanc propositionem subsumere dicitur.

CXCIX. ASSVM I dicitur propositio maior, si minor primo loco ponitur.

E. gr. Si quis dixerit, *Caium esse inuidum, tunc maior, omnis inuidus ob alterius felicitatem contristatur,* dicetur assumi. Et inde demum invertitur, *E. Caius ob felicitatem alterius contristatur.*

CC. SYLLOGISMVS CRYPTICVS est, cuius genuina forma non appetet.

E. gr. *Nullus inuidus est mente tranquilla,*  
*Caius inuidia corripitur & paene tabescit,*  
*E. Fieri nequit, quin tranquillitas mentis ipsius distractetur.*

CCI. FIGVR A P E R F E C T A est, in qua omnes propositiones inferri possunt.

Talis est figura prima, in qua omnis quantitatis & qualitatis propositiones inferuntur.

CCII.

**CCII. FIGVRA IMPERFECTA** est, in qua non omnes inferre licet.

Tales sunt figurae reliquae.

**CCIII. SYLLOGISMVS COMPOSITVS** est, cuius vel una vel vtraque praemissa non est propositio categorica.

E. gr. *Si ira est affectus, cum odio aliorum semper coniunctus, sequitur, iram esse affectum per se malum; Atqui, ira est affectus, cum odio aliorum semper coniunctus. E. ira est affectus per se malus.* Maior propositio heic, quod facile vides, non est categorica sive simplex.

**CCIV. SYLLOGISMVS HYPOTHETICVS** sive **CONDITIONALIS** est, in quo maior propositio est hypothetica.

Talis est Syllogismus, modo allatus.

**CCV. ANTECEDENS** in propositione categorica dicitur propositio, quae particulam conditionalem habet, seu quae conditionem de subiecto enunciat, sub qua ipsi praedicatum tribuitur, vel ab eodem remouetur.

E. gr. In Syllogismo praecedenti est antecedens, *ira est affectus, cum odio aliorum semper coniunctus.*

**CCVI. CONSEQUENS** est propositio, in qua praedicatum subiecto ipsi tribuitur.

E. gr. In Syllogismo nostro consequens est haec propositio: *Ira est affectus in se malus,*

**CCVII. PONI** dicitur membrum aliquod praemissae, quod ita repetitur, ut in eadem habeatur.

E. gr. Poni in syllogismo dato antecedens dicitur, si affirmamus, *Atqui, ira est affectus, cum odio personarum coniunctus.*

**CCVIII. REMOVERI** autem membrum aliquod praemissae dicitur, cuius contradictorium asseritur.

E. gr. *Si anima est corruptibilis sequitur, quod se ens materiale sed non est ens materiale,* (hinc videlicet, contradicitorium eius) *quod antea assertur, asserti) E. non est corruptibilis.*

**CCIX. SYLLOGISMVS DISIUNCTIVVS EST,**  
cuius propositio maior est disiunctiva.

E. gr. *Mundus aut est ens necessarium, aut ens contingens, sed non est ens necessarium, E. est ens contingens.*

**CCX. PROPOSITIO DISIUNCTIVA INCOMPLETA** est, cum praedicata in propositione disiunctiva enumerata ita fuerint comparata, ut omnia simul a subiecto adesse possint.

E. gr. *Si dixeris, aut peccatum est ens increatum, aut creatum, sed non est ens increatum, E. est ens increatum,* ita hic inferritur eis propositionem disiunctivam in completeam.

**CCXI. ENTHYMEMA** est *Syllogismus mutilus,* cuius alterutra praemissa deficit.

E. gr. *Cogito, E. sum.* Major propositio hic deficit: *qui cunque cogitat, ille est.*

**CCXII. CONSEQUENTIA IMMEDIATA** est modus ratiocinandi, quo una propositione posita simul ponit alteram per rationes Logicas manifestum est.

E. gr. *Consequentia immediata est, si argumentaris:*  
*Nullus philosophus est Atheus, E. nullus, qui est Atheus, est philosophus.*

**CCXIII. SORITES CATEGORICVS** est istiusmodi Syllogismus, quo ex pluribus propositionibus categoricis, quarum sequentis subiectum est praedicatum proxime antecedentis, infertur conclusio.

E. gr.

*Quicunque alterum amat, ex alterius felicitate voluptatem caput,*

*Quicunque ex alterius felicitate voluptatem capit, alterius felicitatem promovet,*

*Qui-*

*Quicunque alterius felicitatem promouet, alterius gaudium promouet, (per def. felicitatis.)*

*Quicunque alterius gaudium promouet, alterius voluntatem promouet. (per def. gaudi.)*

*Quicunque alterius voluptatem promouet, alterius sensum perfectionis promouet, (per def. voluntat.)*

*Quicunque alterius sensum perfectionis promouet, alterius quoque perfectiones promouet.*

*Quicunque alterius perfectiones promouet, agit id, quod legi naturae est conformare,*

*E. Quicunque alterum amat, agit id, quod legi naturae est conforme.*

**CCXIV. SORITES HYPOTHETICVS** est Syllogismus hypotheticus, quo ex pluribus propositionibus hypotheticis, ita inter se connexis, ut antecedens proxime sequentis sit idem cum consequente antecedentis, infertur conclusio.

E. gr. Si obligati sumus ad aliorum felicitatem promouendam obligati quoque sumus ad id, ut ex aliorum felicitate voluntatem capiamus si obligati sumus ad id, ut ex aliis non felicitate voluntatem capiamus, obligati quoque sumus ad alios amandos, (per def. amoris) si obligati sumus ad alios amandos, obligati quoque sumus ad id, ut aliis simus amici, (per def. amici) E si obligati sumus ad aliorum felicitatem promouendam, obligati sumus quoque ad id, ut aliis simus amici.

**CCXV. SORITES IN GENERE** est Syllogismus, quo ex pluribus praemissis, ita inuicem iunctis, ut continuo consequens antecedentis propositionis sit antecedens propositionis consequentis, infertur conclusio,

**CCXVI. SORITES CRYPTICVS** est Syllogismus, qui constat propositionibus crypticis, veluti oblique vniuersalibus, indefinitis, infinitis, & aliis, quae hypotheticis aequipollent.

E. gr. Vbi tibi spiritum concipis, ibi locum habeat, oportet, cogitatio, vbi cogitationi locus reuinquitur, ibi nun potes, quin admittas immaterialitatem, vbi immaterialitas fir-

40      DEFINITIONES LOGICAE.

ma stat si i ad incorruptibilitatem iuste concludis. E. vbi spiritum tibi concipis, ibi locuta habet incorruptibilitas.

CCXVII. INFERIORA dicuntur individua respecto speciei, sub qua comprehenduntur, species respectu generis, quod eas sub se continet, & genera inferiora respectu superiorum, quaeque per modum individuum, specierum, & generum inferiorum concipiuntur, respectu eorum, quae per modum specierum, generum proximorum & generum superiorum concipiimus.

In inferiora sunt e. gr. *Caius & Titius* respectu hominis. *Homo & leo*: respectu animalis. *Substantia & accidentis* respectu entis, quae etiam in Metaphysicis inferiora entis appellantur.

CCXVIII. SUPERIORA appellari solent species respectu individuum suorum, genera respectu specierum, sub iis contentarum, & genera superiora respectu inferiorum, quae comprehendunt, quaeque per modum specierum, generum proximorum, & generum superiorum concipiuntur, respectu eorum, quae per modum individuum, specierum & generum inferiorum concipiuntur.

E. gr. Animal respectu hominis & leonis, *homo* respectu *Caii & Titii* &c.

CCXIX. INDUCTIONE est modus argumentandi, quo de superiori vniuersaliter infertur, quod de singulis inferioribus affirmatur vel negatur.

E. gr. Per inductionum argumentaris: *Si David, si Abram, si Isaac & Iacob sunt per fidem iustificati, nec inuentus quispiam est qui non per fidem sit iustificatus, omnes homines per fidem iustificantur.*

CCXX. INDUCTIONE COMPLETA est, si omnia interiora recensentur.

CCXXI.

CCXVI. INDVCTIO INCOMPLETA est, si quaedam inferiora deficiunt.

CCXXII. DILEMMA est syllogismus hypotheticus, cuius consequens est propositione disiunctiva & totum illud.

E. g. Si Deus est ens limitatum, aut ratio buius limitationis est in Deo aut extra Deum. Sic ratio buius limitacionis neque est in Deo neque extra Deum. E. Deus non est ens limitatum.

CCXXIII. SYLLOGISMVS CATEGORICVS  
MULTIPLEX est syllogismus categoricus, quem ingrediuntur propositiones compositae.

1. gr. Quicunq; e. eligit optimum, ille & potest & vult ille eligere. At si Deus eligit optimum, E. Deus & potest & vult optimum eligere.

Hic Syllogismus est a) categoricus, vna enim praemissorum est categorica nempe haec propositio. Deus eligit optimum, 3) est Syllogismus multiplex. Potest enim in duos categoricos simplices resolui hoc modo:

1.) Quicunque eligit optimum ille potest eligere optimum,  
Atqui Deus eligit optimum E. potest optimum eligere.

2.) Quicunque eligit optimum ille vult optimum eligere, atqui Deus eligit optimum, E. Deus vult optimum eligere.

CCXXIV. SYLLOGISMVS BIFORMIS est is, quo, posita determinatione subiecti atque praedicati, sub qua praedicatum iungi potest subiecto, praedicatum subiecto tribuitur.

E. g. Omnis theologus, qui & pure incorruptus docet, & pie viuit melior est illo theologo, qui pure incorruptus docet, minus autem pie viuit. Atqui Sempronius est theologus, qui purus incorruptus docet, & simul pie viuit, Titius vero est theologus, qui tantum pure docet minus autem pie viuit. E. Sempronius est melior Titio.

CCXXV. SYLLOGISMUS dicuntur CONCATENARI, si syllogismi antecedentis conclusio fit praemissa

missa sequentis, vel plurium conclusiones. considerantur instar notionis complexæ, ac formata inde enunciatio ingreditur tanquam praemissa syllogismum sequentem.

E. gr. In sequentibus Syllogismis videbis concatenationem.

*Quicunque alterius felicitatem capit, ille alterius felicitatem promouet,* (est haec proportio axioma) Atqui, qui alterum amat, ex alterius felicitate voluptatem capit, (per def. amoris) E. qui alterum amat, alterius felicitatem promouet.

2.) *Quicunque alterius felicitatem promouet, ille alterius gaudium durabile promouet,* (per def. felicitatis) Atqui, qui alterum amat, alterius felicitatem promouet, (per Syllog. I.) E. qui alterum amat, alterius gaudium durabile promouet.

3.) *Quicunque alterius gaudium durabile promouet, alterius quoque voluntatem promouet,* (per def. gaudii) Atqui, qui alterum amat, alterius gaudium durabile promouet, (per Syllog. II.) E. qui alterum amat, alterius quoque voluntatem promouet.

4.) *Quicunque alterius voluptatem promouet, alterius sensum perfectionis promouet* (per def. voluptatis) Atqui, qui alterum amat alterius voluptatem promouet, (per Syllog. III.) E. qui alterum amat, alterius sensum perfectionis promouet.

5.) *Quicunque alterius sensum perfectionis promouet, alterius quoque ipsas perfectiones promouet,* (est haec propo! Axioma) Atqui, qui alterum amat, alterius sensum perfectionis promouet, (per Syllog. IV.) E. qui alterum amat, alterius quoque perfectiones promouet.

6.) *Quicunque alterius perfectiones promouet, agit id, quod legi naturae est conforme,* (per def. legnatur.) Atqui, qui alterum amat, alterius perfectiones promouet, (per Syllog. V.) E. qui alterum amat, agit id, quod legi naturae est conforme.

Vides hic, semper conclusionem praecedenti syllogismi fieri praemissam sequentis. Conclusio primi syllogismi est hoc in exemplo minor propositio secundi. & conclusio secundi syllogismi est minor propositio tertii, & sic perro. Et hoc est concatenare syllogismus.

CCXXVI. PROSYLOGISMVS est syllogismus, cuius conclusio est praemissa alterius syllogismi. E. gr.

E. gr.

1.) *Quicunque alterius perfectionis promouet, agit id, quod legi naturae est conforme, Atqui, qui alterum amat, alterius perfectiones promouet, E. qui alterum amat, agit id, quod legi naturae est conforme.*

Hic minorem propositionem probaturus, ita argumentaris:

2.) *Quicunque alterius sensum perfectionis promouere studet, alterius quoque perfectiones promovet, Atqui qui alterum amat alterius sensum perfectionis promouere studet, E. qui alterum amat, alterius quoque perfectiones promovet, tuac facile vides, conclusionem huius syllogismi esse praemissam, sc. propositionem minorem primi syllogismi. Adeoque hic syllogismus est Prosylogismus.*

**CCXXVII. EPISYLOGISMVS** est SYLLOGISMVS, cuius praemissa est conclusio alterius syllogismi.

Sic syllogismus primus, in exemplo antecedenti, est episyllogismus. Praemissa enim, sive minor propositio illius syllogismi est conclusio subsequentis syllogismi.

**CCXXVIII. RATIOCINATIO POLYSYLOGISTICA** est series syllogismorum inter se concatenaturom.

Talis ratiocinatio est illa, quam numero CCXXV. deprehendis.

**CCXXIX. RATIOCINATIO MIXTUM COMPOSITA** est series quorumcunque argumentandi modorum, inter se concatenatorum.

Tali ratiocinatio Mathematicis est familiaris, vbi concatenatur immedita consequentia cum syllogismo, & syllogismus rursus cum inmediata consequentia.

**CCXXX. PROBATIO PROPOSITIONIS** est syllogismus, aut syllogismorum inter se concatenatorum series, quibus ea ex aliis, tanquam notioribus, colligitur.

Sic

Sic cum propositio, *nihil est sine ratione sufficiente, ex propositione notiori sc. ex illa, impossibile est, idem simul esse & non esse, colligitur, probari ea dicitur.*

**CCXXXI. PROBATIO SIMPLEX** est, quae vno syllogismo absolvitur.

E. gr. Quicunque sibi sui rerumque extra se positarum est conscius, ille e isti, (est haec propositio axioma) Atqui nos nostrum & rerum extra nos positarum nobis sumus conscienti, (per sens. commun.) E. existimus.

**CCXXXII. PROBATIO COMPOSITA** est, quae pluribus inter se concatenatis syllogismis constat.

Talis est probatio, supra CCXXV. tradita, vbi hanc propositionem, *quicunque alterum amat, ille id agit quod legi naturae conforme est*, probabamus per plures syllogismos inter se concatenatos.

**CCXXXIII. DEMONSTRATIO** est eiusmodi probatio, si in syllogismis, quos inter se concatenamus, non utamur praemissis, nisi definitionibus, experientiis indubitatis, axiomatibus & propositionibus iam ante demonstratis. Breuius: *Est probatio principius certis nixa.*

Eiusmodi demonstratio est illa probatio, numero CCXXV adducta, ut pote, quae nititur definitionibus & axiomatibus. Patet hinc, non omnem probationem esse demonstrationem quamvis omnis demonstratio sit probatio. conf. Wolf. in Lexico Mathematico, voce *Demonstratio*.

**CCXXXIV. VERITAS (LOGICA)** est consensus iudicij nostri cum obiecto seu re representata.

**CCXXXV. PROPOSITIO VERA** est, si predicatum subiecto absolute, vel sub data conditione, conuenit.

E. gr. Propositio haec: *Deus est aeternus*, vera est, praedictum enim, *aeternum esse*, subiecto absolute conuenit. Et si iudi-

iudicaueris, quod Deus sit aeternus, tunc adest consensus iudicii tui cum obiecto, adeoque adest veritas.

**CCXXXVI. FALSITAS** est *dissensus iudicii notioi ab obiecto.*

**CCXXXVII. CONCEPTIBILE** dicitur, cuius formari potest notio.

**CCXXXVIII. INCONCEPTIBILE** est, cuius nulla potest formari notio.

E. gr. *Theologus impius* est conceptibile quid, quia eius formari potest notio, seu menti tanquam praesens repraesentari. Sed *Theologus* siue omni sacrarum literarum intelligentia est inconceptibile quid, quia *Theologum* esse, & *sacras* tamen literas non nosse & intelligere sunt *adversata*, & notio hic nulla formari potest.

**CCXXXIX. CRITERIUM VERITATIS** est propositioni intrinsecum, vnde agnoscitur, eam esse veram.

E. gr. propositio haec: *Deus est aeternus*, vera est. Sed vnde nosti, veram illam esse? respondebis ex notione subiecti, per quam praedicatum hocmodo determinari potest & non alio.

**CCXL. CRITERIUM FALSITATIS** est propositioni intrinsecum, vnde agnoscitur, eam esse falsam.

In eo sc. criterium falsitatis consistit, quod praedicatum notioi subiecti repugnet.

**CCXLI. DEMONSTRATIO OSTENSIVA** siue **DIRECTA** est, qua ex notione subiecti colligitur, praedicatum conuenire subiecti.

Talis est demonstratio numero CCXXV. allata, vbi ex notione subiecti, scilicet *amoris*, collegimus, τὸ ἀγερέ *legi naturali* conformiter amori conuenire.

**CCXLII. DEMONSTRATIO APOGOGICA** siue **INDIRECTA** est, qua, posito contrario eius,

eius, quod probari debet, tanquam vero, colligitur,  
 quod propositioni verae vel notioni subiecti contradicit.

Obseru. I. Dicitur alias haec demonstratio *deductio ad absurdum* vel *impossibile*. E. gr. Si hanc propositionem, *nihil semetipsum potest producere*, velles demonstrare, poteras illam apagogice ita demonstrare: *ponamus aliquid semetipsum producere* (hic contrarium eius propositionis, quam probare vis, tanquam verum ponis,) *tunc illud, quod semetipsum producit, existet & non existet simul*. Existet, *alius enim non posset semetipsum producere*, non existet, *quia demum se producere aquae ad existentiam perducere debet*. *Cum vero absurdum & impossibile sit, aliquid simul existere & non existere, absurdum quoque & impossibile est, aliquid semetipsum producere*. (Hic colligitur id, quod propositioni verae contradicit) *Opposita itaque propositio vera: nihil semetipsum potest producere*.

Obseru. II. Gundlingius, & alii hanc demonstrationem clarius probare veritatem negarunt, sed vid. Mullerus, de veris & fals. philos. §. 65. Feuerlinus de methodo mathematica, §. 11. Weidlerus in vindic. Mathemat. §. 15.

CCXLIII. PRINCIPIA DEMONSTRANDI sunt praemissae syllogismorum, qui in demonstratione concatenantur, vel ex notione subiecti deriuatae, vel aliunde ascitae.

CCXLIV. PROPOSITIO dicitur nobis esse CERTA, si agnoscimus, propositionem esse veram, vel falsam. INCERTA, si non agnoscimus, eam esse veram vel falsam.

E. gr. Ex definitione Dei intelligimus, quod ipse sit omnipotens. E. haec propositio nobis dicitur esse certa.

CCXLV. REQUISITA AD VERITATEM sunt ea, per quae praedicatum, subiecto tribuendum, determinatur.

E. gr. Aq*ui* inuidiam requiruntur taedium, alterius felicitas. Haec itaque sunt requiinta ad veritatem definiti, sc. inuidiae;

CCXLVI.

**CCXLVI. PROPOSITIO PROBABILIS** est, si praedicatum subiecto tribuitur ob rationem insufficientem.

Sic e. gr. qui in puerō aliquo ingenii vigorem, ardorem descendit, fidem institutionem, subsidiorum copiam, deprehendit; & inde iudicat, hunc puerum olim doctum & illustrem etasurum, is probabiliter iudicat, cum nesciat, num diligentiam puer sit continuaturus, natus ingenii vigor, vel morbo quodam, vel languore, vel aliis caussis, exolescere possit &c.

**CCXLVII. PROBATIO PROBABILIS** est, si syllogismos, qui concatenantur, ingrediuntur praemissae probabiles,

E. gr. Quicunque domi perpetuo scribit, ille diligenter litterarum studiis operatur, Atqui Caius, &c. E.

**CCXLVIII. PROBATIO INSUFFICIENS** est, si syllogismos, qui concatenantur, ingrediuntur praemissae, de quarum veritate nondum certo constat, siue, quae nititur principiis nondum certis.

E. gr. Probatio existentiae Dei, a consensu gentium dicta, est insufficientis, praemissae enim sunt adhuc non adeo certae, quod facile vides, si hoc modo argumentaris: *quodcumque omnes gentes dicunt, illud verum est. Atqui, omnes gentes dicunt, existere Deum, E verum est, existere Deum.*

**CCXLIX. PRINCIPIA PRECARIA** sunt, quae omni ratione destituta sunt, vel sine probatione sumuntur.

E. gr. Si quis sine probatione sumeret, omnem spiritum esse loco coextensem, & hac propositione, tanquam principio, in demonstranda hac propositione: *E. omnis spiritus est extensus, vteretur, eum probationem principio precario superstruere, dicere.*

**CCL. OPINIO** est propositio insufficienter probata.

E. gr. *Datur harmonia praestabilita.* Haec enim propositione suffulta est principiis, quorum veritas nondum certa est & ad liquidum perducta.

**CCL.**

CCLI. OPINIO PROBABILIS est, si probatio est probabilis (conf. num. CCXLV.)

CCLII. OPINIO PRECARIA est, si probatio ntitur principiis precariis. (num. CCXLVII.)

CCLIII. FIDES (PHILOSOPHICA scil.) est affensus, quem præbemus propositioni, propter auctoritatem ducentis.

E. gr. Si huic propositioni, *Iulus Caesar est confessus, adfensoris*, idque propter testimonium & auctoritatem vel Liliui, vel alterius historici, fidem pli ahibe e dicens.

CCLIV. TESTIS OCVLATVS est, qui narrat, quae praesens, sensu duce, asscutus est.

CCLV. TESTIS AVRITVS est, qui narrat, quae ab altero audiuit.

CCLVI. ERRARE dicitur, si quis propositionem falsam pro vera habet, & ERROR est affensus propositionis falsae datus.

E. gr. Falsa est propositione: *Anima est complexus multorum punctorum*, si quis hanc propositionem pro vera habet, erat.

CCLVII. VITIVM MATERIAE in syllogismo est falsitas praemissæ, quae eundem ingreditur.

E. gr. Quicunque bona opera patrat, salvatur, Atqui, Caius bona opera patrat, si. Caius salvatur.

Syllogismus in formâ est legitimus, ed maior ex falsa, adeoque vitio materiae laborat.

CCLVIII. VITIVM FORMÆ IN SYLOGISMO est repugnantia eius cum regulis logicis.

E. gr. *Quicquid est sui rerumque extra se positarum sibi conscientium, illud existit, Atqui, haec mensa non est sibi sui rerumque extra se positarum conscientia, Et haec mensa non existit.* Repugnat hic syllogismus regulæ tali; minor propositione in prima figura non debet esse negativa, adeoque vitio formæ laborat.

CCLIX.

CCLIX. SOPHISMA est syllogismus, cuius forma vitiosa crypta regitur.

E. gr. Fides sine bonis operibus iustificat.

Fides sine bonis operibus est res mortua, E. res mortua iustificat.

CCLX. PARALOGISMVS est is syllogismus, cuius forma vitiosa crypta nulla tegitur.

Talis paralogismus est ille num. CCI.VII. traditus.

CCLXI. IGNORATIO ELENCHI est ignorantia verae contradictionis, adeoque requisitorum ad contradictionem.

Ita ignorantem elenchi committere ille solet, qui, ideo moderamen inculparae tutelae defendi posse, negat, quia hoc modo contradicatur ieruatori, qui malo resisti non vult, alteramque maxillam etiam offerre iubet, si alteri alapā instigatur.

CCLXII. EXPERIRI dicimur, qui quid ad perceptiones nostras attenti cognoscimus.

CCLXIII. EXPERIENTIA est cognitio eorum, quae sola attentione ad perceptiones nostras patent.

E. gr. per experientiam cognoscimus, aquam madefacere, ubi non modo percipimus, aquam madefacere, sed requiritur maxime, ut simul ad hanc nostram perceptionem attendamus.

CCLXIV. VITIUM SUBREPTIONIS IN EXPERIENDO est error in experiendo commissus, quo nobis videatur experiri, quod minime experimur. Breuius: Est iudiciorum discursuorum, cum intuitus confusio.

E. gr. Experimur, ad certas cogitationes & decretum animae sequi determinatos motus in corpore, non vero experimur, animam vero & reali influxu motum istum in corpore producere, sed id demum ex experientia instituta conclu-

D

ditur,

ditur. Qui itaque experiri se putant, animam influxu aliquo physico & effectivo producere motus in corpore, cum tamen non experiantur id ipsum, si committunt *vitium subscriptionis in experiendo*.

CCLXV. LIBRI HISTORICI sunt, qui facta recensent.

CCLXVI. VERITATES HISTORICAE sunt propositiones singulares, si fuerint verae.

CCLXVII. HISTORIAE NATURALES sunt libri, qui recensent facta naturae.

CCLXVIII. HISTORIAE ARTIVM sunt, quae describunt opera artis & artes ipsas.

CCLXIX. HISTORIAE IN GENERE sunt, quae recensent facta hominum.

CCLXX. LIBER. DOGMATICVS est, qui dogmata siue veritates vniuersales proponit.

Tales sunt e. gr. libri philosophici.

CCLXXI. LIBRI DOGMATICI HISTORICI sunt, qui dogmata tantum recensent, & ad sumnum argumenta, quibus probantur, indicant.

CCLXXII. LIBRI DOGMATICI SCIENTIFICI sunt, qui dogmata demonstrant aut probant.

CCLXXIII. DEMONSTRATIO NATURALIS siue ORDINATA est, si propositiones eo ordine se inuicem excipiunt, quo in ratiociniorum serie, in quam demonstratio resoluta abit, continentur. In casu opposito habes INORDINATAM. Demonstrationis ordinatae exemplum iam supra supeditatum legis.

CCLXXIV.

CCLXXIV. O P V S siue S C R I P T V M C O M P L E T V M eſt, ſi in eo omnia traduntur, quae de argu-  
mento, quod trahit, fuere reperta.

CCLXXV. S C R I P T V M N I M I S P R O L I X V M  
eſt, quod plura continent, quam quae ſcopo auctoris  
inſeruiunt.

Superflua vero dicuntur ea, quae, in scripto traditi, ad  
ſcopum auctoris non faciunt.

CCLXXVI. L I B E R P E R S P I C V V S eſt, in quo  
ſinguli termini (niſi iuſdem vulgo repondeat notio  
confusa quidem, ſed fixa tamen) definiuntur, & fi-  
xus significatus in condendis propositionibus conſtan-  
ter retinetur.

CCLXXVII. L I B E R O B S C V R V S eſt, in quo  
terminis vagis & nondum definitis vtitur auctor.

Tales ſunt libri Boehmiani, & nonnullorum mysticorum.  
Iudicari hinc potest, num recte libri philosophicali Cel. Wol-  
fii obſcuritatis accuſentur. Termini omnes in iis, niſi qui  
iam per experientiam & ſenſum communem ſatiſ fixi ſunt,  
definiuntur. pr positiones determinatae adhibentur, vnde,  
quae obſcuritas? Cauē itaque, ea obſcura eſſe credas, quae  
tu non ſtatiſ intelligis, quaeque tibi, minus attendenti, non  
adeo familiaria ſunt.

CCLXXVIII. S C R I P T V M D O G M A T I-  
C V M V T I L E eſt, quod talia tradit, quae vel in  
ſcientiis aliis, tanquam demonſtrandi principia adhi-  
beri, vel ad catus vitae humanae comiſſione applica-  
ri poſſunt.

Quo ipſo patet, quid ſi scriptum *inutile*.

CCLXXIX. S C R I P T V M S C I E N T I F I C V M  
O R D I N E C O N S C R I P T V M dicitur, ſervnum quod-  
que eo loco collocetur, quo tequentibus intelligendis  
& demonſtrandis inferuit.

CCLXXX. **O R D O S C H O L A E** est, quo ad idem subiectum spectantia in eundem locum congeruntur, nulla habita ratione, quomodo cognitio vnius depe-  
deat a cognitione alterius.

Hoc ordine pleraque compendia Metaphysica veterum conscripta esse, nouimus.

CCLXXXI. **O R D O N A T U R A L I S** est, quo praemittuntur, quae sequentibus intelligendis & de-  
monstrandis inferuiunt.

Hoc ordinerecentiorum philosophorum, maxime Illustr.  
Wolffii, scripta confecta esse, constat.

CCLXXXII. **O R D O M I X T U S** est, cum ea quidem constanter praemittuntur, quae sequentibus intelligendis & demonstrandis inferuiunt, hoc tamen non obstante eodem in loco pertractantur ad idem subiectum spectantia, quantum regula anterior per-  
mittit. Breuius: Est ordo naturalis cum ordine scho-  
iae coniunctus.

CCLXXXIII. **D E M O N S T R A T I O C O M P L E-**  
**T A** est, in qua omnia principia demonstrandi, vel ex-  
plicite, vel implicite, continentur.

In casu opposito est *incompleta*. *Explicite* autem proposi-  
tiones in demonstratione continentur, quae difertis verbis  
enunciantur, ut in demonstratione, supra allata. *Implici-*  
*te* vero propositiones continentur in eadem, quae vel per  
eas, quae adsunt, vel per citationes in memoriam reuoca-  
tur. Tales sunt pleraque demonstrationes, in scriptis Wol-  
fianis obviae.

CCLXXXIV. **D E M O N S T R A T I O C O N S Y M-**  
**M A T A** est demonstratio ordinata completa. In casu  
opposito **I N G O N S V M M A T A**.

CCLXXXV. **V E R I T A T E S I N T E R S E-**  
**C O N N E X A E** sunt, si cognitio vnius pendet a co-  
gnitione alterius.

Ita

Ita in Systemate Wolfii sunt veritates connexae, cum subsequentes semper ex antecedentibus intelligentur.

CCLXXXVI. C I R C U L V S I N D E M O N-  
S T R A N D O est vitium, quo quis ad demonstrandam propositionem aliquam vtitur alia, quae independenter ab illa demonstrari nequit, siue, *cum quis propositionem A. probat per propositionem B. & propositionem B. rursus per propositionem A.*

Eiusmodi circulum committeres, si hanc propositionem, *en simplex non est figuratum*, per hanc probares *quia en simplex non est extensum*, interrogatus autem, *cur en simplex non est extensum?* responderes *quia non est figuratum*. Cl. Straehlerus, principium contradictionis a priori demonstraturus, circulum apartum commisit, de quo videatur Carpou dissentire principio Rat. suff. §. 6. Ceterum non attinet hic, multis diligiri num argumentum, quo existentia Dei ex finibus rerum probatur circuli inclusari queat. conf. interim Wolfii commenatio de differenti nexus facialis & sapientis, idem Cantzii usus. philosoph. Wolianae & Leibnitianae in Theologia T. I. Cap II. discursu praeleminari p. 53. & sect. II. c. I. de Existentiâ Dei p. 115.

CCLXXXVII. M E T H O D U S A N A L Y T I C A est, qua veritates ita proponuntur, prout vel inuentae fuerunt, vel minimum inueniri potuerunt.

Hac methodo in recentiorum Mathematicorum differentiationibus & schediasmatis, quae diariis Eruditorum inseruntur, obvia est.

CCLXXXVIII. M E T H O D U S S Y N T H E T I C A est, qua veritates ita proponuntur, prout vna ex altera facilius intelligi & demonstrari potest.

Hac methodo vtitur Wolfius in scriptis suis philosophicis, maxime latinis.

CCLXXXIX. M E T H O D U S M I X T A est, quae ex utriusque combinatione resultat.

CCXC. C O M P I L A T O R dicitur, qui, quae ea de re, quam sibi pertractandam sumvit, per alios

libros sparsa reperit , in vnum cogit insuper habita ve it tum connexione , vel in scripto dogmatico historico , finis ac ordinis nulla habita ratione.

CCXCI. SYSTEMA est veritatum inter se & cum principiis suis connexarum congeries.

CCXCII. SYSTEMATIS conditor est , qui veritates apud alios autores obuias suoque fini accomodataas eigit , & inter se connectit.

CCXCIII PLAGIARIUS est , qui , quae ex aliorum scriptis hausit , vel aliunde didicit , a se inuenta esse , affirmat.

Prodiit ante aliquod annos Lipsiae dissertatio *de obligatione philosophi ad religionem* , cuius auctor , dici vix potest , nam graue commiserit plagium . Quae enim profert , sunt ex Sidelii disputatione , non ita multo ante Ienae habita , *de obligatione hominis ad religionem* desumpta , paucis tantum verbis mutatis . Praeclarum verc hominem !

CCXCIV. EPITOMATOR dicitur , qui ex scripto maiore ea feligit , quae dato fini inseruiunt , & exinde minus componit.

E. gr. Florus est epitomator Liuji.

CCXCV. PERTRACTATIO SOLIDA est , quae regulis methodi ad amissim respondet.

CCXCVI. PERTRACTATIO SUPERFICIA-RIA est , quae ab iisdem aberrat.

CCXCVII. AEQVVS IN INTERPRE-TANDO dicitur , qui verbis autoris non alium tribuit sensum , quam quem iisdem conuenire , demonstrare , aut , ubi minime erroneus fuerit , probabiliter adstruere valet.

CCXCVIII.

**CCXCVIII.** IN IQVVS IN INTERPRETANDO dicitur, qui verbis auctoris tribuit sensum erroneum, quem, iisdem conuenire, demonstrare nequit.

Si quid sit iniq[ue]itas in interpretando, distinctius nosse vis, euoleos nonnullorum aduersariorum Wolfi scripta, miraberes ipsorum aequitatem (scil. ) in interpretando.

*Interpretatio* (generatim spectata) est actus mentis, iudicantis ex legitimis principiis de sensu sermonis, vel signi, ab alio prolati.

**CCXCIX.** CONVINCERE dicimur alterum, dum efficimus, ut propositio ipsi certa evadat.

Hinc conuicti dicimur, cum propositio aliqua nobis certa est.

**CCC.** PERSVASIO (*passione sumta*) est assensus, qui praebetur propositioni nondum sufficienter explicatae ac probatae.

**CCCI.** PRAECIPITANTIA in iudicando est actus assentiendi propositioni nondum sufficienter probatae ac explicatae.

**CCCII.** RATIONES ASSENSVS INTRINSECAE sunt, quae ex notione subiecti defumtae sunt.

**CCCIII.** RATIONES ASSENSVS EXTRINSECAE sunt, quae aliunde petuntur.

Sic, si huic propositioni, *Deus est summe intelligentia*, assensum praebueris, idque ideo, quia natura & indoles subiecti, sc. Dei, te ad assensum illum mouet, ratio intrinseca adest. Si vero hanc propositionem pro vera habueris, quia alii id ipsum affirmant, tunc assentiris ob rationem intrinsecam.

**CCCIV.** PRAEVIDICIVM est iudicium erroneum per praecipitantiam latum.

E. gr. Si quis iudicaret Religionem Romanensem esse optimam, a) quia sic antiquissima, b) quia pars maxima Christiano-

stianorum ipsi dedita sit. c) quia homines non ad securitatem perqueat, tunc praeiudicio illum occuparum esse dicem. Iudicat enim per praeципitania, quia ob rationes plane insufficientes hinc propositioni assentitur. Religio Romana si im est optima.

**CCCV P R A E I V D I C I V M A U T O R I T A T I S** est iudicium, quo vera esse statuimus, quae ab altero affirmantur, vel falsa, quae ab eodem negantur, propterea, quod nobis constet, ipsum eadem affirmare, vel negare.

**CCCVI. P R A E I V D I C I V M N I M P A E C O N F I D E N T I A E** est iudicium erroneum de viribus propriis ad veritatem cognoscendam sufficientibus.

**CCCVII. R E F V T A R E A L T E R V M** idem est, ac demonstrare falsitatem propositionis, quam alter pro vera habet.

Conf. Riebouii dissertat. de Controversiis eruditorum generatim peclatis. Helmstadii 1727. hab.

**CCCVIII. A L T E R V M I M P V G N A R E** dicitur, qui insufficienter probat falsitatem propositionis, quam alter pro vera habet.

**CCCIX. R E F V T A T I O D I R E C T A** siue **O S T E N S I V A** est, quae nititur demonstratione directa siue ostensiua.

**CCCX. R E F V T A T I O I N D I R E C T A** siue **A P O G O G I C A** est, quae absolvitur demonstratione indirecta siue apagogica.

Conferas ea, quae supra num. CCXLI. & LII. dicta sunt.

**CCCXI. R E F V T A T I O A P R I O R I** est, si demonstratio falsitatis est a priori, si a posteriori, dicitur **R E F V T A T I O A P O S T E R I O R I**.

Demon-

*Demonstratio autem a priori est, quae ntitur definitionibus & axi matibus, tanquam sui principiis. Demonstratio autem a posteriori est, quae ntitur experientiis induitatis.*

**CCCXII. LOGOMACHIA** est impugnatio propositionis, cui respondentem nationem veram agnoscit impugnans, sed quam ipse alius verbis exprimitur.

Si quis e. gr. impugnat hanc propositionem: datur *nexus in hoc universo*, & tamen concedit *omnes eventus habere suas causas efficientes & finales*, quod ipsum *nexus* appellatur. eius impugnatio est lochomachia. conf. Werenfeli. de Lochomachiis.

**CCCXIII. CONSEQUENTIA** est propositione falsa, quae ex alia, quae pro vera venditatur, inferitur.

Sumit Wolfius vocem *consequentiae* hic paullo strictius, pro his scilicet ridiculis & periculosis consequentiis, quas altere, animo nocendi, format & cumulat.

**CCCXIV. CONSEQUENTIARI** dicuntur, qui consequentiis alio fine utuntur, quam animo refutandi.

Conf. Hollmanni dissertat. de Iure consequentiarum.

**CCCXV. ARGUMENTVM AB INVIDIA DUCTVM** vocantur *rationes, quibus in aliorum plausita odium concitatur, quo opprimantur.*

Legi hic & expendi meretur Clerici dissertatio de argu m ento theologico ab inuidia ducto, nuper admodum a per eruditio quodam Academiae nostrae Magistro separatis edita, & succintis obseruationibus collocupletata.

**CCCXVI. PERSECUTOR** est, qui sub praetextu veritatis defendendae dissentientes in discrimen famae, fortunae, immo vitae adducere conatur.

CCCXVII. DEFENDERE SESE (nempe in certamine erudito) nihil est aliud, quam demonstrare, nos ab altero non fuisse refutatos.

CCCXVIII. TENTAMEN DEFENSIONIS est, si quis insufficienter probat, propositionem, quam pro vera vel probabili habet, ab altero non fuisse refutatam.

CCCXIX. SCRIPTA POLEMICA sive ERISTICA sunt, quibus errores refutantur, aliorumque sententiae impugnatæ vel defenduntur, vel earum defensio tentatur.

CCCXX. SCRIPTA APOLOGETICA vocantur, quibus continentur definitiones aduersus imputations errorum ridiculorum & periculosorum, nec non aduersus persecutores.

CCCXXI. DISPUTATIO est mutua propositionis alicuius impugnatio ac defensio in loco publico facta.

CCCXXII. THESIS est propositio ad disputandum proposita.

CCCXXIII. OPPONENS est, qui thesin impugnat vel refutat.

CCCXXIV. RESPONDENS est, qui thesin contra impugnationem defendit.

CCCXXV. PRAESES est, qui partes respondentis suscipit.

CCCXXVI. PROPOSITIO RESTRICTA est, in qua determinatio sufficiens subiecti adest.

E. gr.

E. gr. *Homo, quoniam corpus, est corruptibilis.* Determinatio autem illa subiecti *restrictio* appellari solet.

**CCCXXVII. PROPOSITIO IRRESTRICTA** sive **RESTRINGENDA** dicitur propositio, in qua subiecti, vel praedicati notio non sufficienter determinatur.

E. gr. *Quae rara, sunt cara, est* propositio irrestricta, quia in omni casu vera non est ad coquendam restrictionem.

**CCCXXVIII. PROPOSITIO LIMITATA** est, si determinatio subiecti, vi cuius praedicatum eidem competit, sit vel aliqua eius pars, vel modus.

**CCCXXIX. DISTINGVERE RESPONDENS** dicitur, cum ipse praemissam syllogismi vel restringit, vel limitat, h. e. determinationem omissam supplet, sub qua praedicatum subiecto conuenit.

**CCCXXX. DOCERE est rerum, alieri incognitarum, nociam verbis, viua voce prolatis, eius animo ingenerare.**



DEFI-

# DEFINITIONES ONTOLOGICAE.

## CCCXXXI.

**O**NTOLOGIA NATURALIS est complexus notionum confusorum, terminis abstractis, quibus generalia de ente iudicia exprimimus, respondentium, communii facultatum mentis ysu acquisitarum.

Quid sit *Ontologia in genere*, indicat definitio XVII. Sie vi ontologiae naturalis nouimus confuse; quid sit spatiu, tempus, ordo &c.

CCCXXXII. ONTOLOGIA ARTIFICIALIS est distincta explicatio ontologiae naturalis.

CCCXXXIII. PRINCIPIVM CONTRADICTIONIS dicitur haec propositio: *Fieri non potest, ut idem simul sit & non sit.*

Vid. Bulfingerus diluc. Sect, I. c. III. Demonstrare constat est Straehlerus hoc principium a priori, in dissertat. I. de Existentia Dei §. 321. sed quo successu, ostendit Cl. Carponius in dissertat. de principio rationis suff. §. VI. & Mullerus in demasquirten philos. §. 3.

CCCXXXIV. CONTRADICERE aliquis sibi met ipse dicitur, si idem simul esse & non esse pronunciat.

CCCXXXV. CONTRADICTIO est simultanea eiusdem affirmatio & negatio.

E. gr. Contradictio est, si affirmas, mundi euentus esse per caussas efficientes & finales inter se connexos, & simul negas, mundi euentus per caussas efficientes & finales esse connexos.

CCCXXXVI. RATIO SVFFICIENS est id, unde intelligitur, cur aliquid sit.

E. gr.

## DEFINITIONES ONTOLOGICAE . 61

E. gr. Si cera, soli exposita, liquefit, ratio sufficiens liquefactionis est calor solis. Ex praesentia enim caloris solis intelligitur, cur cera potius liquefiat, quam non dura maneat.

CCCXXXVII. **N I H I L V M** est, cui nulla respondet notio.

In Metaphysica germanica §. 28. Wolfius definit *nihil* per id, quicquid nec est, nec esse potest, siue, quod idem est, quicquid impossibile est. Quae definitio eadem est cum praesenti. Quicquid enim impossibile & contradictorium est, id cogitari nequit, adeoque ipsi nulla respondet notio.

CCCXXXVIII. **A L I Q U I D** est, cui aliqua notio respondet.

CCCXXXIX. **P R I N C I P I V M R A T I O N I S S U F F I C I E N T I S** est propositio: *Nihil est sine ratione sufficiente, cur potius sit, quam non sit.*

De hoc principio, recentiori aetate a permultis in controversiam vocato, videantur Bülfingerus dilucid. Sect. I. c. 3. item Straehlerus in tr. de sensa atque visu Principii rationis suff. Hagmeieri dissert. de princ. Rat. suff. & Carpou in dict. de Principio Rat. suff. & Hagen in Commentat. de Methodo Mathematica p. 13. ubi nouam huius principii demonstrationem concinnare voluit, quam tamen vberius examine, non est huius loci. Quae Langius, aliisque contra hoc principium monuerunt, dudum confutata sunt.

CCCXL. **I M P O S S I B I L E** est, quicquid contradictionem inuoluit.

CCCXLI. **P O S S I B I L E** est, quod nullam contradictionem inuoluit.

Obseru. I. Sumitur τὸ possibile a Wolfio latius, pro omni sc. eo, quod existit & existere potest. Quo sensu non contradistinguitur τῷ actuali, sed τῷ impossibili, conf. Kindler de philosophia possibilium.

Obseru. II. Cuae hanc definitionem cum nonnullis ideo improbes, quod negatiua est. Constat enim ex regulis Logicis, quod definitiones negatiuae locum habere queant, si alterutrum contradictiorum positivae fuerit definitum, & unum contradictione oppositum negetur de altero. Quam quis

quidem regulam facile applicabis, si nosti possibile atque impossibile nisi opponi tanquam contradictoria. cf Schlosseri dissertat. de Cautione philol. circa definitiones § 32. iqq. Hagen de Methodo Mathematica p 160

Obscrv III. Suppedatur a nonnullis τρισ possibili definitio positina. *Possibile* definiunt per id, cuius existentiae praestandaes sufficiunt vires alicuius rei existentis. co Bülfinger. in diluc. §. 8. s. q. item in tr. de origine mali § 126. sqq. Schlosseri dissert. Epistolica ad Hohenfels de Ideis. §. 9. s. q. & Frobesius in commentat. de phil sophiae indole & fatis.

CCCXLII. IN DETERMINATVM est, de quo nibil adhuc affirmari potest, et si de eo quid affirmari posse non repugnet.

Sic voluntas nostra ratione appetitionis vel auersat onis actualis consideratur ut indeterminatum quid. Undum enim de voluntate si spectatur ut facultas mentis, affirmatur, quod appetat bonum, aut malum aueretur, quaenam eiusmodi quid, accendentibus aliis circumstantiis affirmari non repugnet.

CCCXLIII. NOTIO IMAGINARIA est, qua ob quondam similitudinem fingitur, quod non est, ut per imaginem quandam veluti oculis praetens sistere queamus, quod in eos non incurrit.

E. gr. In logica notio Syllogismi imaginaria est, si eum nobis imaginamur tanquam aedificium. Quae enim ad aedificium pertinet, ea ad syllogismum transferimus. Requirit aedificium a) fundamentum, cui superstruatur, ita quoque syllogismus. b) Materiam, ex qua conficiatur, postulat aedificium, ita etiam syllogismus. c) Materiae coagulationem & dispositionem aptam. sic quoque syllogismus. d) Requirit denique aedificium regulas ad quas exterratur. Pari modo syllogismus &c.

CCCXLIV. NOTIO REALIS est, quae omne fictitium excludit.

CCCXLV. DETERMINATVM est, de quo aliquid affirmare debet.

Sic

Sic conceptus *spiritus* determinatus est, cum a) affirmas quod sit *ens simplex*, b) intellectu gaudeat, c) voluntate piaedita sit.

Obseru. II. Ut distinctam τῆς determinati & indeterminati notionem acquiras, expende, quae hoc adponam, verba Bülfingeri in dil. §. 82. *Pensatis casibus*, inquit vir acutus, *quibus aliquid determinatum dicitur vel indeterminatum, deprehendo in prioribus rem ita esse comparatam ut una propositionum de ea re contradictiarum vera sit & altera sit falsa. In posterioribus, id non adesse (deprehendo)* An Tirus est diues? Dic: Tirus est diues, non est diues. Altera propositio est vera, altera est falsa. An homo est diues? Dic: homo est diues, homo non est diues: Non est altera vera, & altera falsa; potest utraque esse falsa, & utraque vera prout subiectum homo vel uniuersaliter sumitur, vel particulariter pro his, aut illis. Prioris dicitur determinata veritas, posterioris indeterminata.

CCCXLVI. D E T E R M I N A R I C dicitur per B, si de ipso A affirmatur B, atque ideo de eodem quoque affirmari debet C.

E. gr. Si de anima affirmatur, quod sit ens simplex, de eadem quoque affirmari debet quod sit incorruptibilis. *Incorruptibilitas* adeo animae determinatur per *simplicitatem* animae. Cantzius in T. I. I. tr. de vñ philos. Leihn. in Theol. p. 354. *Id nos, inquit, determinamus, quod quomodo ab aliis rebus distinctum sit, accurate explicamus.* Conf. Bülfinger, diluc. §. 82. sqq. & tr. de orig. Mali. §. 180.

CCCXLVII. D E T E R M I N A N T I A dicuntur ea, per quae determinantur alia. D E T E R M I N A T A vero sunt, quae per alia determinantur.

CCCXLVIII. D E T E R M I N A T I O N E S sunt ea, quae in aliquo subiecto certo respectu determinata sumuntur.

E. gr. *Spiritus determinationem absoluunt 1) simplicitas, 2) intellectus, 3) voluntas.*

CCCXLIX. E N S dicitur, quod existere possit, s. cui existentia non repugnat.

Wolfius in Metaph. Germanica §. 16. definit ens per id, quod est possibile, siue iam actu existat, siue non. Quae definitio

tio non diversa est a praesenti, qua ens, quatenus cum actuale, tum potentiale, sub se comprehendit, explicatur. Quicquid enim existit, etiam existere potest ut adeo non habetas, quod putes, Wolfum hic tantum ens in potentia definire. cens. Straehleri Præf. §. 4. eqq. & Müllerus in demis querten philosopho §. 8.

**CCCL.** *No n E N S dicitur, quod existere nequit, consequenter, cui existentia repugnat.*

**CCCLI.** *E N S F I C T U M* dicitur id, cui existentiam non repugnare sumimus, vt vt reuera eidem repugnet.

b. gr. *Respublica coecorum.*

**CCCLII.** *E N S I M A G I N A R I V M* est, quod notione imaginaria exhibetur.

Ita memoria, cum concipiatur ut idearum receptaculum, est ens imaginarium. De notione imaginaria vid. dehinet.

**CCXLIII.**

**CCXLIII.** *E N T I A E X T E R N A* sunt illa entia, quae ab alio ente dato diversa sunt.

**CCCLIV.** *E S S E N T I A* est id, quod primum de ente concipiatur, & in quo ratio continetur sufficiens, rur cetera vel actu insint, vel in se possint.

E. gr. Rationalitas est essentia hominis 1) quia nihil prius in homine. quatenus homo est, concipi potest, 2) quia ex rationalitate reliqua omnia fluunt, quae homini, ut homini, constanter insunt.

**CCCLV.** *E X I S T E N T I A & A C T U A L I T A S* est complementum possibilis.

Complementum autem possibilis dicitur id, quod possibilis potest habere praeter possibilitatem suam. Bülfingerus definit existentiam §. 270. d. luc. per illum essentiae statum, quo apta est ad agendum vel patendum. Quae dehinitione idem dicit, quod Wolfi. Cum enim complementum possibilis sit id, quod possibile potest habere praeter possibilitatem suam, possibile autem praeter possibiliter suam possit habere statum, quo aptum est ad agendum vel patendum, siue existentiam, apparet, statum illum siue existentiam esse complementum.

## DEFINITIONES ONTOLOGICAE. 63

mentum possibilitatis. conf. Müller demasquirter phil. §. 7.  
& Straehleri dissérat. I. de Existent. Dei §. 32.

CCCLVI. **E N S A C T U A L E** estens, quod existit.

CCCLVII. **E N S P O T E N T I A L E** est, quod ad  
alia existentia relatum in iis habere potest rationem suf-  
ficientem existentiae suae.

Accipe exemplum a Wolfio prolatum: *Arbor*, inquit, in  
*semine delirescens*, quatenus per entia alia existentia ad actum  
deduci potest, estens potentiale. Conf. ipse Wolf. Ontol. Lat.  
p. 143. & 144.

CCCLVIII. **E N S I N P O T E N T I A P R O X I M A**  
dicitur, si ens potentiale rationem sufficientem existen-  
tiae suaे habet in entibus actualibus.

E. gr. *Arbor*, tamen in semine foecundo, estens in poten-  
tia proxima. conf. Wolf. Ontol. p. 145.

CCCLIX. **E N S I N P O T E N T I A R E M O T A**  
dicitur, si ens potentiale rationem sufficientem existen-  
tiae suaे in entibus potentialibus habet.

E. gr. *Munus ecclesiasticum Caii* adhuc in cunis vagientis.

CCCLX. **A F F E C T I O N E S E N T I S** sunt  
*quaesit ipsius praedicata*, sive ea enti intrinsecà, sive  
extrinsecà fuerint.

CCCLXI. **E A D E M** dicuntur, quae sibi inuicem  
substitui possunt, salvo quoque praedicato, quod  
vni eorum vel absolute, vel data sub conditione, con-  
uenit. Siue: *E A D E M* sive, quorum quodlibet con-  
tinet omne id, quod est in altero.

Suumas duo pondera, quorū vnum loco alterius substitui  
potest, ita, vt, substitutione facta, nulla euenerat mutatio,  
tunc habebis pondera eadem: Quae Strahlerus & hic mo-  
nuit, refutauit Müllerus in demasquirten philos. §. 9.

CCCLXII. **N U M E R O I D E M** est, quod de se  
ipso afflumari potest in singulari, seu, quod bis ex-  
istere repugnat.

E

E. gr.

## 66 DÉFINITIONES ONTOLOGICAE

E. gr. Individua, Paullus, Titius &c.

CCCLXIII. DIVERSA sunt, quae sibi inuicem substitui nequeunt, saluo omni praedicato, quod vni eorum vel absolute, vel sub data conditiōne tribuitur.

CCCLXIV. NVMERO DIVERSA sunt quorum vnum de altero affirmari nequit, seu quorum vnumquodque propriam sibi existentiam.

E.gr. *Titius & Sempronius* considerantur ut personae duae. Vnde patet, Titium non dici posse Sempronium, & Sempronium non Titium. Quo ipso intelligitur, Titium esse a Sempronio & Sempronium a Titio diuersum & quidem numero

CCCLXV. SIMILIA sunt, in quibus ea eadem sunt, per quae a se inuicem discerni debeant. Siue: *SIMILIA sunt, quae easdem habent notas characteristicas.*

CCCLXVI. SIMILITUDO est idenditas eorum, per quae entia a se inuicem discerni debeant. Siue: *est identitas notarum characteristicarum.*

Sic in duobus libris deprehendis similitudinem, si notae characteristicae, e. gr. ligatura, forma &c. quibus alter ab altero libro debebat discerni, fuerint eadem.

CCCLXVII. EANDEM ESSENTIAM HABENT, quae eandem definitionem geneticam habent. Siue: A & B EANDEM ESSENTIAM HABENT, si modus, quo fieri posse concipitur A, essentiam conuenit in B.

CCCLXVIII. SIMILEM ESSENTIAM HABERE dicuntur A & B, si essentialium, per quae determinatur A, quantitates eandem ad se inuicem rationem habent, quam habent essentialium iisdem respondentium quantitates, per quae determinatur B.

CCCLXIX.

**CCCLXIX. D I V E R S A M E S S E N T I A M**  
habent, quae definitionem geneticam diuersam ha-  
bent: siue: A & B diuersam habere dicuntur essenti-  
am, si modus, quo fieri posse concipitur A, non con-  
uenit in B.

**CCCLXX. D I S S I M I L E M E S S E N T I-  
A M** habent A & B, si essentialum, per quae determina-  
natur A, quantitates diuersam ad se inuicem habent ra-  
tionem, quam quantitates essentialium iisdem respon-  
dentium, per quae determinatur B.

**CCCLXXI. S I M I L I T V D O E N T I V M**  
**E S S E N T I A L I S** est, quae per similitudinem es-  
sentialium inest, siue quae in similitudine essentialium,  
& eorum, quae per essentialia determinantur, con-  
sistit.

E. gr. In Caio & Titio datur similitudo essentialis, in  
eo enim sunt similes, quod uterque ratione praeditus sit.

**CCCLXXII. S I M I L I T V D O A C C I D E N-  
T A L I S E N T I V M** est, quae non consistit in simili-  
tudine essentialium, sed quae aliunde iis superacce-  
dit.

E. gr. Similitudo ratione facierum, & mortum.

**CCCLXXIII. D I S S I M I L I A** sunt, in quibus  
ea diuersa sunt, per quae a se inuicem discerni debent,  
siue: *in quibus notae characteristicae sunt diuersae.*  
**D I S S I M I L I T V D O** hinc est diuersitas notarum  
characteristicarum.

**CCCLXXIV. E N S O M N I M O D E D E T E R-  
M I N A T V M** dicitur, in quo nihil concipitur indeter-  
minatum, quo nondum determinato cetera, quae in-  
sunt, actu esse nequeunt.

Huc referimus omne id, quod existit, vel actu est.

**CCCLXXV.** EN S V N I V E R S A L E est, quod omnimode determinatum non est, siue: quod tantummodo continet determinationes intrinsecas communes pluribus singularibus, exclusis iis, quae in individuis diuersae sunt.

E. gr. *Spiritus*, vt *spiritus*, est ens vniuersale, item homo, quatenus non consideratur, vt hoc vel illud individuum.

**CCCLXXVI.** D E T E R M I N A T I O N E S G E N E R I C A E sunt illae, quae notionem generis ingrediuntur.

E. gr. In notione *animalis*, quod genus est hominis, continentur, quod vivat & sentiat. *Vita* itaque & *sensio* sunt determinationes genericae.

**CCCLXXVII.** D E T E R M I N A T I O N E S S P E C I F I C A E sunt, quae notionem speciei ingrediuntur.

E. gr. Determinatio hominis est *rationalitas*.

**CCCLXXVIII.** D E T E R M I N A T I O N E S C O M M U N E S sunt, quae individuis & speciebus, vel speciebus & generi, vel generibus inferioribus & generi superiori, simul insunt, seu: quae simul insunt inferioribus & superiori, sub quo continentur.

E. gr. *Vivere* & *sentire* sunt determinationes communes, insunt enim speciebus, e. gr. homini & bruto &c. & generi, sc. animali.

**CCCLXXIX.** D E T E R M I N A T I O N E S P R O P R I A E sunt, quae inferioribus tantum insunt, non autem superiori, sub quo eadem continentur.

E. gr. Determinationes individuorum, veluti, haec statuta, aetas, sexus &c.

**CCCLXXX.** D I F F E R E N T I A N V M E R C I A sunt determinationes, individuis propriae.

**CCCLXXXI.**

CCCLXXXI. DIFFERENTIA SPECIFICA

*sunt determinationes, speciebus propriis.*

E. gr. Rationalitas est differentia specifica hominis.

CCCLXXXII. RES est id, quod est aliquid.

Quid vero sit aliquid, vide in defin. 338.

CCCLXXXIII. OPPONITA sunt, quorum unum inuoluit negationem alterius,

E. gr. Limitatum esse & non limitatum esse,

CCCCLXXXIV. PRIVATIO est defectus alicuius realitatis, que esse poterat,

E. gr. Notitia est realitas, quae homini inesse poterat.

Defectus adeo notitiae sive ignorantia, est priuatio,

CCCLXXXV.ENS PRIVATIVM dicitur defectus realitatis, instar entis consideratus.

E. gr. Mors est priuatio, cum vero illa priuatio sive ille defectus vitae per modum entis consideretur, mors dicitur ens priuatuum.

CCCLXXXVI.ENS POSITIVVM dicitur, quod est aliquid,

Res & ens positivum sunt unum idemque. Quid vero res sit, quid sit aliquid, docent defin. 382. & 338.

CCCLXXXVII. PRIVATIVE OPPONITA sunt ens positivum, &c, quod rei respondet, priuatuum.

E. gr. Imago Dei & peccatum.

CCCLXXXVIII. NECESSARIVM est cuius oppositum est impossibile, sive contradictionem inuoluit.

Sic e. gr. existentia Dei est necessaria, quia oppositum existentiae, sc. non existentia est impossibilis, & inuoluit contradictionem, Deum non existere. De definitione τοῦ necessarij vid. Thümmigius in dissertat. de genuina & completa necessarii notione, Caselli hab. 1724. Bülfinger diluc. S. I. c. II. §. 42. it, in tr. de origine malij §. 151.

70 DEFINITIONES ONTOLOGICAE.

CCCLXXXIX. VNICVM DICITVR ID,  
cui simile non datur, vel quod sui simile non habet.

E. gr. Deus hoc modo est unicus.

CCCXC. MVTABILITAS est possiblitas substitutionis alterius pro eo, quod est, vel accessionis eius, quod non est, ceteris, quae sunt manentibus iisdem.

E. gr. Si homo fuerit pius, impius fieri potest. Quatenus itaque impietas pietati succedere potest, eatenus pietas mutabile quid est & homo ipse mutari potest. Mutabilitas igitur pietatis atque hominis in eo deprehenditur, quod, ceteris quae homini insunt saluis, pietati substitui potest impietas.

CCCXCI. IMMUTABILITAS est impossibilitas substitutionis alterius pro eo, quod simul est, vel accessionis eius, quod non est, ceteris, quae simul sunt manentibus iisdem.

Hinc homo, quatenus gaudet rationalitate, immutabilis, est. Fieri enim non potest, ut homo, rationalitate salua, sit brutum.

CCCXCII. CONTINGENS est, cuius oppositum nullam inuoluit contradictionem, scilicet quod aliud esse potest.

Contingens recte definiri negative, ex iis patet, quae ad definitionem τῆς possibilis p. 61. annotauimus. e. gr. mundus est contingens, poterat enim non esse, poterat etiam alio modo esse.

CCCXCIII. ABSOLVTE NECESSARIUM est id, cuius IN SE, sive absolute spectati, oppositum impossibile. est.

E. gr. Existentialia Dei est absolute necessaria.

CCCXCIV. HYPOTHETICE NECESSARIUM est illud, cuius oppositum non nisi in hypothese data, seu S V B D A T A Q V A D A M C O N D I T I O N E impossibile. est.

Sic e. gr. quando pluit, necessarium est terram madefieri, sed sub hac tantum conditione id necessarium est si pluit.

CCCXCV.

**CCCXCV.** E N S N E C E S S A R I V M e s t , c u -  
j u s e x i s t e n t i a e s t a b s o l u t e n e c e s s a r i a , s i u e : q u o d r a -  
t i o n e m s u f f i c i e n t e m e x i s t e n t i a e s u a e i n e f f e n t i a s u a  
h a b e t .

E. gr. Deus.

**CCCXCVI.** E N S C O N T I N G E N S e s t , q u o d  
e x i s t e n t i a e r a t i o n e m s u f f i c i e n t e m i n e f f e n t i a s u a n o n b a -  
b e t , s i u e : q u o d r a t i o n e m s u a e e x i s t e n t i a e e x t r a s e i n  
e n t e a l i o , a u t i n e n t e a s e d i u e r s o , h a b e t .

E. gr. Mundus.

**CCCXCVII.** V N I T A S E N T I S (M E T A P H Y -  
S I C A ) e s t i n s p e r a b i l i t a s e o r u m , p e r q u a e e n s d e -  
t e r m i n a t u r .

Ita e. gr. haec mensa est vnum quid, quatenus ea, p e r  
q u a e h a e c m e n s a d e t e r m i n a t u r , i. e. p e r q u a e e f f i c i t u r , v t  
h a e c m e n s a s i t h a e c m e n s a , n e c a l i a , i t a s u n t c o n i u n c t a , v t  
q u a m d i u m e n s a h a e c d e b e t m a n e r e h a e c m e n s a , s e p a r a r i n e -  
q u e a n t .

**CCCXCVIII.** M U L T A s u n t A , B , C & D , s i A  
s i t v n u m , B s i t v n u m , C s i t v n u m , D s i t v n u m , n e c  
t a m e n A , B , C & D s i n t i d e m .

**CCCXCIX.** N U M E R V S V V I L G A R I S f.  
R A T I O N A L I S I N T E G E R e s t v n i t a t u m m u l -  
t i t u d o . N U M E R V S a u t e m I N G E N E R E e s t i d ,  
d u o d a d v n i t a t e m e a m h a b e t r e l a t i o n e m , q u a m r e c t a  
q u a e d a m d a t a a d r e c t a m d a t a m a l i a m h a b e r e p o t e s t .

**CCCC.** T O T V M e s t v n u m , q u o d i d e m e s t c u m  
m u l t i s . P A R T E S v e r o T O T I V S s u n t m u l t a ,  
q u a e s i m u l s u m t a i d e m s u n t c u m v n o .

E. gr. Considera corpus humanum. Pedes manus, trun-  
c u s & caput simul sumta constituant corpus humanum, q u o d  
v n u m e s t , c o r p u s v e r o h u m a n u m i d e m e s t c u m m a n u , p e d e ,  
t r u n c o & c a p i t e s i m u l s u m t i s . V n d e c o r p u s h u m a n u m e s t  
t o t u m . c f. Mülleri demasquierter philosoph. §. 13.

CCCCI. QVANTITAS est discrimen internum similium, b. e. quo similia, salua similitudine, intrinsece differre possunt.

Straebleri contra hanc definitionem monita vide in Mülleri dema quirt. philos. p. 35. conf. Cl Frobesi Specimen Math. I. ubi notionem quantitatis distincte euoluit. item Cel. Hafsius in dissertat. de notione quantitat. Vitemb. 1732. habit.


CCCCII. AEQUALIA sunt, quae salua quantitate sibi mutuo substitui possunt, siue, quod idem est, quae eandem habent quantitatem. INAEQUALIA sunt, quorum unum alteri, salua quantitate, substitui nequit, s. quae diuersam habent quantitatem.

Hinc aequalitas, in abstracto, est quantitatis identitas, & inaequalitas quantitatis diuersitas.

CCCCIII. MAIUS est cuius pars alteri toti aequalis est.

CCCCIV. MINUS est, quod (TANQVAM TOTVM) parti alterius aequale est.

Suinas e. gr. has duas lineas, quarum altera altera maior est.



Hinc linea AB est sine dubio maior linea CD. Ratio, quia pars lineae AB, (quam partem AE vocabimus) est aequalis, quod vides clarissime, toti lineae CD. Sic contra ea linea CD, est minor, quam linea AB, quia linea CD, tanquam totum, aequalis est parti lineae AB.

CCCCV. PARS ALIQUOTA est, quae aliquoties repetita toti fit aequalis.

CCCCVI. PARS ALIQUANTA est, quae aliquoties repetita vel major fit toto, vel eodem minor est, seu, quae repetita aliquoties totiaequalis fieri nequit.

CCCCVII.

**CCCCVII.** Q V A N T I T A T E S H O M O G E -  
N E A E sunt, quarum vna aliquoties sumta alteram  
superare potest.

**CCCCVIII.** Q V A N T I T A T E S H E T E R O -  
G E N E A E sunt, quarum vna aliquoties sumta alteram  
superare nequit.

Exempla ex Mathesi defumta deprehendes in Wolf.  
Opol. Lat. p. 281.

**CCCCIX.** D U P L E X dicitur B ipsius A, si ei-  
dem A bis sumto fuerit aequale. T R I P L E X, si  
ter sumto fuerit aequale. Et sic porro,

**CCCCX.** D I M I D I V M alterius dicitur; quod  
bis sumtum alteri sit aequale.

**CCCCXI.** N U M E R V S D E T E R M I N A T V S  
est, qui refertur ad unitatem datam. N U M E R V S  
vero I N D E T E R M I N A T V S est, qui refertur ad  
unitatem vagam, pro qua assumi potest, quocunque  
visum fuerit.

**CCCCXII.** A V G E R I dicitur, quod homoge-  
neo adiecto efficitur maior.

**CCCCXIII.** I M M I N V I dicitur, quod homo-  
geneo ab eodem ablato, efficitur minus.

**CCCCXIV.** M A G N I T V D O est multitudo par-  
tium, totum constituentium.

**CCCCXV.** M A G N I T V D O D E T E R M I -  
N A T A est, si numerus partium assignari potest. I N -  
D E T E R M I N A T A est, si numerus partium non est  
assignabilis.

**CCCCXVI.** M A G N V M dicitur, quod plures  
partes habet respectu alterius, P A R V V M, quod  
pauciores habet respectu alterius totius.

**CCCCXVII.** M E T I R I M A G N I T V D I -  
N E M D I G I M V R, si magnitudinem aliquam pro  
unitate assumimus, & alterius magnitudinis ratio-

*nem ad eam determinamus.* MENSURA diciatur magnitudo, quae pro unitate assumitur, MENSURA TUM autem est magnitudo altera, cuius ad mensuram ratio inuestigatur.

CCCCXVIII. QVALITAS est determinatio rei intrinseca, quae sine alio assumto intelligi potest.

Hac ex definitione patescit, quomodo a quantitate differat qualitas. Quantitatem sine alio assumto intelligere non possumus, quod est ex manifestum est, quod, cum notionem quantitatis ope verborum alterius, animo ingenerare vis, id fieri nequeat alia ratione, quam ubi aliam quantitatem assumis, & ad huius rationem eam, cuius notionem cum altero communicare vis, exigis. Qualitatis vero notio ita animo ingeneratur, ut quamvis confusa sit, tamen solis verbis queat rursus produci. Sic e. gr. licet de eo, quod amarum est, non nisi formemus nobis confusam ideam, nihil secius, si alteri dixerimus, nos amarum cibum nobiscum sumfuisse, intelliger, qualis ille sit, idque sine alio dato cibo vel potu, ad quem cibus gustatus referri debeat. Amaritudo itaque, quae cibo ineest, est eius qualitas. Hinc in oppositione ad qualitatem definit Wolfius §. 453. Ontol. quantitatem per determinacionem intrinsecam, quae tantum dari, sine alio autem assumto intelligi nequit.

CCCCXIX. QVALITATES PRIMITIVAE sunt, quibus aliae priores in ente concipi nequeunt, vnde ratio reddi possit, cur eidem insint.

E. gr. Rationalitas in homine.

CCCCXX. QVALITATES DERIVATIVAE sunt, quarum reddi potest ratio ex qualitatibus aliis, quae simul insint, cur ipsaem vel actu insint, vel inesse possint.

E. gr. Pietas, eruditio.

CCCCXXI. CONGRVENTIA est aequalitas similium.

Sic e. gr. duo libri congruunt sibi inuicem, si & eiusdem fuerint quantitatis, & ceterae quoque notae characteristicae fuerint eaedem.

CCCCXXII.

**CCCCXXII.** T E R M I N V S sive L I M E S est id, ultra quod nibil amplius in re concipere licet ad eandem pertinens.

**CCCCXXIII.** O R D O est similitudo obvia in modo, quo res iuxta se inuicem collocantur, vel se inuicem consequuntur.

Obseru. I. Hanc definitionem, quae cum Cel. Walchii definitio in Lexico philosoph. sub tit. *Ordnung* tradita, fere eadem est, intelliges plenius, si ad casum specialem, in quo ordo deprehenditur attenderis. Sic in bibliotheca, quod exemplum, definitioni illustranda p̄erquam accommodatum, ab ipso Wollio, legimus, adhibitum, variis libri-tibi inuicem coexistunt. Si in modo, quo iuxta se inuicem collocantur, similitudinem obscuramus, i. e. si ita ipsos reperimus dispositos, ut ii, qui eiusdem sunt argumenti, item, qui eiusdem sunt formae, eiusdem denique ligaturae, eodem loco respondantur, ordinis, in disponendis libris, rationem habtam fuisse, dicimus.

Obf. II. Rüdigerus in der Gegenmehnung von dem Wesen der Seele und des Geistes p. 128. & sqq. nonnulla contra hanc definitionem monuit a) phrasin quam Wolfius in Metaphysic. Germ. hac in definitione adhibuit; neben einander erfolgen, false persistingit. Quam tamen loquendi formulam, vnico exemplo processionis alicuius, defendere licet, nisi rem, hac loquendi formula indicatam, potius respectu debere philosophum, existimarem. Illud neben einander folgen optime a Wolfio latine per *collocari iuxta se inuicem*, expressum est. b) putat Rüdigerus, in eo omnia tibi esse similia, quod sint entia, adeoque nullam esse posse confusionem in mundo. Nulla, fateor, *absolute talis* coniunctio locum habere potest. Si entia tibi coexistentia vel succeditia in eo sunt similia, quod sint entia, hoc respectu adest ordo, quamvis multis aliis respectibus possit adesse summa confusio. c) Confundere Wolfium, putat vir Cel. berrimus, ordinem cum successione vel subordinatione. Also inquit, wenn ich hinter einander stelle, und zwar ohne eine gewisse Distanz zu beobachten, ein Dintfaß, eine Cobacks-Pfeife, ein Paß-Glaß, eine Stange Siegellack, einen Kork-Stöpsel und

und den Terentium, (elegans profecto combinatio!) so wird niemand sagen können, daß dieses eine Ordnung sei, es müste aber eine seyn nach des Herrn A. definition. Denn es wird vielerley zusammen genommen als eius betrachtet, u. findet sich darinnen, wie es auf einander erfolget, etwas ähnlichliches, nemlich es sind alles solida auch arte facta. Resp. Et hoc respectu in iis rebus, quae sibi succedere finguntur, adest ordo, quatenus omnes sunt opera artis Regulas ordinis Rüdigerus ante oculos non habuisse videtur, Constat, quo plures adfuerint regulae ordinis eo maior est ordo, quo vero pauciores regulae, eo minor ordo, Potest hinc in una eademque re aedesse ordo & eodem tempore confusio, diuerso tamen respectu. Sic dispositio librorum in biblioteca potest esse ordinata, si formam librorum & externam figuram respexeris, quamvis adsit summa simul confusio, si materiarum habeatur ratio. Eodem modo in iis, quae per fictionem Rüdigerianam iuxta se inuicem collocantur aut sibi succedunt; adest ordo quatenus a) in eo similia sunt, quod sint entia, b) quod sint entia composita, c) quod sint artefacta, quem ordinem vocamus internum, quamvis aliis respectibus adsit confusio, conf. de ordine Wolf, in annotat, ad Metaphysic, §. 43. sqq. & Hagen de Method, Mathem, p. 18. sqq.

**CCCCXXIV. REGULA** est propositio enuncians determinationem rationi conformem. Clarius; **Regula** est propositio, iuxta quam actiones determinantur, vel institui debent,

Wolfius in philosoph. morali german. §. 146. inquit: Eis ne Regel ist ein Satz, darnach man sich in seinem Thun und Lassen richtet. Sic haec propositio: *Minor propositio in prima figura semper sit affirmans* est regula, quia secundum hanc propositionem in ratiocinando nos conformare debemus.

**CCCCXXV. DEFECTVS** est determinatio regulæ contraria,

E, gr, Regulae styli exigunt, vt stylus sit perspicuus, si itaque adfuerit in stylo determinatio huic regulæ contraria, i. e. si obscuritas adest, defectus in stylo comparet.

**CCCCXXVI.**

**CCCCXXVI. CONFUSIO** siue **INORDINATIO** (die Unordnung) est dissimilitudo obvia in modo, quo res iuxta se inuicem collocantur, vel se inuicem consequuntur.

E. gr. Si libros ita colllocatos vides in bibliotheca, ut cum ratione materialium, tum ratione formae, nulla appareat similitudo, adest confusio.

**CCCCXXVII. VERITAS (TRANSCENDENTALIS s. METAPHYSICA)** est ordo eorum, quae enti conueniunt.

Obs. I. Haec definitio veritatis Metaphysicae conuenit cum illa Metaphysicorum communi, qua veritatem transcendentalem explicant per habitudinem entis ad debitam essentiam siue per eiusmodi affectionem, qua res habet, quae in suis essentialiae & naturae debentur. Res enim, sunt verba Cl. Schlosseri in dissertat epistolica ad Hoheisel. de ideis p. 23. tum habet essentiam debitam, si in ibi obstruatur ordo, ut principio rationis sufficientis omnia conformiter fiant, atque adeo secundum hanc similitudinem, omnia ordine suo ex natura entis sequantur, ita, ut ex conceptru quodam primario concipere possit attributa reliqua, & modorum etiam adsit ratio, in aliis, quippe rebus extraessentialibus.

Obs. II. Obiicit Cl. Hoheisellus, 1) in somnio etiam res satis bono ordine sint. Resp. in somnio quatenus est operatio imaginationis, conceditur, sed hoc trespētu somnium actum nanciscitur, in somnio vero, materialiter considerato, negatur. Namque in rebus, de quibus somnio, non adest nexus, non adest ordo, ita, ut unum ex altero secund. Princ. rat. suff possit explicari. conf. Wolf. Metaphys. Germ. 142. & 143. 2) Obiicit Hoheisellus, etiam illum, qui cum iudicio mentitur, ordinem seruare posse exactissime. Resp. confunditur hic veritas ethica cum metaphysica. De illa non est sermo. 3) Excipit idem, dari propositiones verissimas, in quibus tamen nullus obseruatur ordo. Resp. confunditor hic veritas logica cum Metaphysica. conf. Schlosser in citat. dissertat. p. 22. sqq. Straehleri dissertat. I. de existentia Dei. p. 4. & ipsi ius Examen philosophiae Wolf. §. 85. Müller demasquierter philosophus p. 166. & Welfius ipse in anno. ad Metaphys. p. 73.

**CCCCXXVIII.**

CCCCXXVIII. **E**N S V E R V M est, in quo datur veritas.

Videli poterat haec definitio esse synonymica, at legitima illa est et bona. Constat enim ex regulis logicis, quo si coniugatum siue synonymia in antecedentibus fuerit explicata, eiusmodi definitio formari possit. Nam vero cum *Wolffius* §. antecedenti definiuerit, quid sit *veritas*, facile vides, hanc definitionem non esse identicam.

CCCCXXIX. **P**ERFECTIO est consensus in varietate, seu est consensus plurium a se inuicem differentiam in uno. **C**ONSENSVS est tendentia ad idem aliquid obtinendum.

Obseru. I. Consideres e. gr. vitam studiosi, in academia commorantis. Complectitur haec multas actiones liberas, ad que varia. Finis & scopus, siue unum illud, ad quod actiones studiosi, in academia degentis, tendere debent, est eruditio & pietas. Si itaque omnes actiones studiorum ita inter se consentiunt, & totus complexus actionum eo tendit, ut eruditio & pietas obtineatur, tunc propter hunc consensum actionum studiosi ad finem praestitutum, tribuimus ipsum vitae academicae perfectionem. Aliis exemplis, a corpore, a republica &c. desumptis, haec perfectionis definitio, multarum profecto conclusionum seruissimia, illustrari potest. Vides interim, ad omnem perfectionem requiri a) varia, b) consensum variorum, c) finem & scopum, ad quem ista varia collineent.

Obs. II. Multa contra hanc definitionem monuerunt Lan-  
gius, Straehlerus, alii. Nunc latiorem illam esse suo definitio-  
to, clamitant, nunc eodem angustiorem. Obicit vener. Lan-  
gius in der Entdeckung p. 374. secundum hanc definitio-  
nem etiam vitae hominis Epicuraci et dissolui posse tribui  
perfectionem. Cum enim homo ἀσωτος singulis dicti horis  
certum voluptatis genus eligat, idque vitae genus dies no-  
tesque ad vitae usque finem continuet, consensus adest et  
uniformitas actionum. Annon haec est, secundum definitio-  
nem Wolffii, perfectio? Hoc non tam meis, quam Bülfinge-  
ri verbis respondebo. Falleretur, inquit vir profunde doctus,  
qui

qui perfectum diceret statum hominis per omnem vitam selesti, quia consentiunt actiones. Primo enim nec omnes consentiunt, quaerit enim felicitatem, & agit felicitati etiam temporali externae & internae, (h. e. conseruationi 1) opum, sive facultatum externarum, tum 2) corporis & 3) culturae atque 4) tranquillitati mentis) contraria! Num ille consensus est? Tum vero dissentient acta & destinatio hominis diuina etiam natura-liter cognoscibilis, & ex nostris praecipue dogmatis facile demonstrabilis. Dissentient porro ipsius actiones & salus atque commodum societatis. Dissentit denique status praesens a futuro. Egregia sc. perfectio? conf. Diluc. p. 124.

Obs. III. Straehlerus in Exam. Metaphys. Wolf. P. I. §. 87 et in disp. I. de existentia Dei §. 60. putat, Wolfium pulchritudinis conceptum cum notione perfectionis confundere. At nulla hic confusio appetit. Ipse Wolfius in element. Lat. Architect. ciuil. §. 9. distinctum pulchritudinis conceptum formauit. Ad pulchritudinem requiritur non modo 1) vt adfint varia, 2) vt adfint varietatis συμμετρία et consensus, sed maxime quoque 3) requiritur, vt ille variorum consensus sensibus percipiatur. Ut adeo pulchritudo nihil aliud sit, quam perfectio sensibus percepta conf. de pulchritudine Croutaz in traité du beau, item Illustr. Berger de naturali pulchritudine orationis. Buddeus in commentat. de eo, quod pulchrum est in Theol. et Reuschii disp. de eo, quod pulchrum est in eloquentia. Ien. 1724. b) Putat Straehlerus, secundum hanc definitionem in Deo nullas dari perfectiones, quia in ipso non dentur varia, adeoque nullus variorum consensus. resp. Non dantur varia extensa in Deo, non dantur in ipso parte, extra partes, neque, Wolfium eiusmodi varia in data definitione velle intelligi, probari potest. At annon in Deo consipi possunt plura, et annon in ipso, secundum nostrum consipiendi modum, varia adfint, quae, ob meliorem ordinem, a nobis discernuntur? Quae quidem plura in Deo, e. gr. infititia et bonitas, sapientia et omnipotentia, optime inter se consentiunt, qui consensus perfectionem in Deo præstat, cf. de perfectione Bülfinger. diluc. §. 122. item eiusdem tr. de orig. mal. §. 78. Schlosser in disp. de caut. phil. circa detin.

§. 25.

§. 25. et Generosissimi Dn. de Steinwehr, philosophi aeu-  
ratiissimi et solide docti, thes. de perfectione.

CCCCXXX. IMPERFECTIO est *dissensus in va-*  
*rietate, siue, est dissensus plurium a se dissentientium*  
*in uno. DISSENSVS vero est contrarietas tendentia-*  
*sum ad commune aliquod obtinendum.*

E. gr. Vitae academicæ studiosi tribuimus imperfectio-  
nem, si studiosus eismodi actiones suscipit, quae fini ipsius  
et scopo, qui est eruditio et pietas, adduersantur. Si Caius  
quotidie commessatur, in vita nique autem stetit. pro libris  
chartulas lusorias tractat, imperfectionem adesse vides.  
conf. auctores modo excitati.

CCCCXXXI. RATIO DETERMINANS PER-  
FECTIONIS est ratio illa generalis, per quam intelligi-  
tur, cur ea, quae perfectio insunt, ita se potius ha-  
beant, quam alter.

E. gr. Ratio determinans perfectionis vitæ academicæ  
Caii est finis vitæ academicæ, sc. eruditio. Si enim ex Ca-  
io quaesiuferis, cur in academia libios potius, quam alia lu-  
dicra, tractet, cur plus olei, quam vini, consumat; cur nas-  
quam, nisi in museo, et in doctoris auditorio, compareat;  
respondebit, quia eruditus euadere percipio. Atque hinc  
intelliges, cur has potius quam alias, actiones suscipiat Ca-  
ius. Eruditio itaque est ratio determinans perfectionis vi-  
tae academicæ Caii. Alias haec ratio determinans perfe-  
ctionis vocatur *regula s. principium perfectionis.*

CCCCXXXII. PERFECTIO SIMPLEX est, si  
ratio determinans perfectionis fuerit vnica. PERFEC-  
TIO vero COMPOSITA est, si rationes determi-  
nantes fuerint plures.

E. gr. Si studiosus ita tantum actiones suas instituit, ut erudi-  
tionem acquirat, *perfectio vitæ academicæ* plius est *sim-*  
*plex*, si autem huius actiones cō diriguntur, ut probitas mo-  
rum et elegantia obtineatur, *perfectio* adest *composita.*

CCCCXXXIII.

## DEFINITIONES ONTOLOGICAE. 31

CCCCXXXIII. **P E R F E C T I O P R I M A R I A** dicitur, quae a ratione determinante primaria pendet, seu per eam intelligitur, **S E C U N D A R I A** vero est, quae per rationem determinantem secundariam intelligitur.

E.gr. Si partes aedificii ita fuerint coagmentatae, ut i. sum aedificium inhabitantes ab iniuriis tempesta's defensio, habes *perfectionem aedificii primariam*, si vero simul per a-  
partem partium coagmentationem obtinetur com' odu pro-  
spectus, itemque delectatio innocens domini inhabitauis,  
perfectio adeat secundaria.

CCCCXXXIV. **R E G U L A E P E R F E C T I O N I S** dicuntur **C O L L I D I**, si plures regulae, ex diuersis rationibus perfectionis compositae fluentes, nisi mu-  
tuo repugnant.

Sic. e gr. si aedificium ita fuerit exstructum, ut ab iniuria tempestatis defendat quidem inhabitantes, amoenus vero simul prospectus obtineri nequeat, regulae perfectionis aedificii colliduntur.

CCCCXXXV. **E X C E P T I O** est determinatio regulae contraria, ob regularum simul obseruandarum collisionem facta.

Fac, e. gr. mercatoris nauim, mercibus & multis nu-  
stam opibus, procellis hinc vnde iactari, ipsiusque adeo mer-  
catoris vitam in discriimen adduci. Quid tunc merca. o.? Nouit regulam iuris naturae: *Vitam tuam conserua*. Sed nouit quoque alteram. *opes tuas jalua seruato*. Sit itaque, ma-  
ris exagitatus aestu, vitam iue opum iactura, seruare non posse videt, oppido in mare proficit, quibus oppleta est na-  
uis, merces, tantummodo ut vitam seruet. Exceptionem hic facit a regula posteriori, cu ipsius actiones de emi-  
nationes huic regulae: *conserua tuas opes*: plane sint contra-  
riae, idque ob regularum simul obseruandarum collin-  
uem.

CCCCXXVI. **D E F E C T U S A P P A R E N S** est, qui euitari non potest. **D E F E C T U S** autem **V E R V S** est, qui euitari potest.

F

Exem.

Exemplum defectus apparentis habes in mercatore, qui merces proicit in mare, & exceptionem facit ab hac regulâ: *conserua tuas opes.*

**CCCCXXXVII. MAGNITVDO P E R F E C T I O N I S** est multitudo conuenientiarum determinationum entis cum regulis, per quas perfectio explicatur.

Sic e. gr. Si partes aedificii inter se ita consenserint, *vt* 1) aedificium domnum suum a tempestatis iniuriis defendat, 2) cū modum exhibeat prospectum, 3) ob συμμετρίαν suam & aptam coagulationem omnibus delectationem afferat, & quae alia hic adierit possunt, tunc multitudinem perfectionis habebis.

**CCCCXXXVIII. P E R F E C T I O E S S E N T A L I S** est, quae continetur consentiu determinationum essentialium.

**CCCCXXXIX. P E R F E C T I O A C C I D E N T I A L I S** est, quae dicit consentium determinationum accidentalium cum essentialibus.

E. gr. Omne ens debet gaudere perfectione essentiali, debet enim habere essentiam ubi debitam, adeoque etiam determinationes essentiales. Exemplum perfectionis accidentalis est vita studiori academica, in qua actiones eiusdem cum fine ipsis consentiunt.

**CCCCXL. E N S C O M P O S I T U M** est, *quod ex pluribus a se inuicem distinctis partibus constat.*

Talia entia sunt omnia ea, quae sub sensu cadunt.

**CCCCXLI. E X N I H I L O O R I R I** quid dicitur, si existere incipit, cum nihil antea eius actu esset.

**CCCCXLII. A N N I H I L A R I** ens dicitur, si quod existit, ita existere desinit, vt nihil eius amplius actu supersit.

**CCCCXLIII.**

## DEFINITIONES ONTOLOGICAE. 83

CCCCXLIII. ORIRI SIMPLICITER dicitur,  
quod existere incipit, cum antea non existaret.

CCCCXLIV. INTERIRAE SIMPLICITER.  
dicitur, quod existere definit, cum antea existaret.

CCCCXLV. EXTRANOS ALIQUID RE-  
PRAESENTAMVS, si id percipimus, tanquam a  
nobis diuersum.

CCCCXLVI. EXTRA SE INVICEM RE-  
PRAESENTAMVS EA, quae tanquam a se invicem  
distincta percipimus.

CCCCXLVII INTRA NOS REPRAESEN-  
TAMVS ID, quod percipimus, tanquam tale, quod  
in numero determinationum est, notionem nostri con-  
stituentium.

CCCCXLVIII. INTRA REM REPRAE-  
SENTAMVS EA, quae agnoscimus, esse, in nu-  
mero determinationum, notionem entis constitu-  
entium.

CCCCXLIX. EXTENSIO est multorum, extra  
se invicem existentium, coexistencia in uno.

CCCL. CONTINVVM COMPOSITVM  
dicitur, si in composito partes eo ordine iuxta se invicem  
collocentur, ut aliae inter ipsas ordine alio inter-  
poni absolute impossibile sit.

Sic via dicitur continua a termino A usque ad alterum  
B, si nullis fossis, ratis, agris, pratis intersegetur.

CCCCLI. INTERRVPTVM dicitur, si partes  
in composito eo ordine iuxta se invicem collocentur,  
ut aliae inter ipsas ordine alio interponantur, vel inter-  
poni possint.

**E**xemplum, a via definitum, rem manifestam reddit. Si hinc inde fossae, rivi, agri, prata interiecta comparent, via dicitur interrupta.

**C CCCLII.** *CONTIGVA* appellantur, quorum superficies se mutuo contingunt, ita, ut ipsa duo maneant, minime autem unum efficiant extensum.

E. gr. duo glohi, quorum unus alterum tangit, dicuntur contigui.

**C CCCLIII.** *PARS ACTUALIS* est, quae suis propriis terminis continetur. *Possibilis vero*, cui termini pro arbitrio constitui possunt.

In corpore humano partes sunt actuales, quia unaquaeque propriam sibi habet figuram, sed in massa plumbi partes non nisi possunt, cum figuram iis pro libitu tribuere possimus, easdem a se in aicem separantes.

**C CCCLIV.** *DISTAREA SE INVICEM* dicuntur, si inter duo extensa A & B extensum tertium a quo interpositum est, vel saltus iis immotis interponi potest. *DISTANTIA* est linea breuissima inter duos contenta.

In serie e. gr. hominum sex primus a sexto distat, quia inter primum & secundum secundus, tertius, quartus & quintus actu interponuntur.

**C CCCLV.** *VNIRI* dicuntur, si A & B sunt duo, ex iis tamen fiat unum.

**C CCCLVI.** *COHAERERE INTER SE* dicuntur A, B, C, si A, B, C, ita iungantur, ut simul quidem unum ens compositum constituant, ipsamet tamen plura maneant.

**C CCCLVII.** *SIMULTANEA* sive *COEXISTENTIA* dicuntur A, B, C, D, si, dum A existit, etiam B, C, D, existunt.

E. gr.

## DEFINITIONES ONTOLOGICAE 85

E. gr. Coelum & terra sunt simultanea.

CCCCLVIII. S V C C E S S I V A dicuntur A, B, C, si, dum A existit, B non existit, ipso autem A existere desinente, B existere incipit, & similiter, si, dum B existit, C non existit, ipso autem B existere desinente, C existere incipit, ac ita porro.

Sic si auctor a scri. is. altera legis, tertia meditaris, actiones itae apparetur successivae.

CCCCLIX. E N S P E R M A N E N S dicitur, cuius determinationes essentiales sunt simultaneae.

CCCCLX. E N S S V C C E S S I V V M appellatur, cuius determinationes essentiales sunt successivae.

E. gr. Corpus humanum est ens permanens, omnes enim partes ex quibus illud coagmentatum est, existunt simul. Vita aeterna academicorum est ens successivum, componitur enim illa ex partibus successivis, quia cum una sequitur alteram.

CCCCLXI. T E M P V S e s t o r d o s u c c e s s u o r u m i n s e r i e c o n t i n u a .

Quae & hic Straeblerus in examine suo contra notionem hanc monuit, confutauit Mullerus in demaſquirt. philos. §. 62

CCCCLXII. D V R A R E dicitur ens A, si coexistit successivis in continua serie a, b, c, &c. D V R A T I O itaque est existentia, qua rebus pluribus successivis quid coexistit.

CCCCLXIII. T E M P V S P R A E S E N S e s t , quod designatur per existentiam rei actu existentis.

CCCCLXIV. T E M P V S P R A E T E R I T V M e s t , quod designatur per existentias rerum, quae existerunt desierunt, seu ab actu in statum possibilites reciderunt.

**CCCCLXV.** TEMPUS FUTURVM est, quod designatur per existentias rerum extiturarum, quae ut potentia in actum traducenda considerantur.

**CCCCLXVI.** SPATIUM est ordo simultaneorum, quatenus scilicet coexistunt.

Hanc definitionem perpulchre demonstrata m legas in Wolf. Ontol. Lat. §. 590. Spatii ideam mente nostra concipi mus, simulac res, quae coexistunt, extra nos atque extra se in pice m constitutas nobis re praesentamus. cf. Straehler in der Prüfung §. 21. seqq. & Müller in demasq. phil. f. §. 22 coni. Cel. Hollmann. in Metaph. edit. nouiss. §. 124 sqq.

**CCCCLXVII.** EXTENSVM UNIFORME dicitur, in quo non dantur, nisi numero differentia. DIFFORME est, in quo dantur, quae intrinsece differunt, seu inter se dissimilia sunt.

E. gr. In plumbō supponitur extensio uniformis, in corpore humano diffiformis.

**CCCCLXVIII.** LOCVS est determinatus modus, quo A simultaneis B, C, D &c. coexistit. conf. Müller in demasq. philos. §. 23.

**CCCCLXIX.** SITVS est ordo simultaneorum non continuorum seu interruptorum, quatenus coexistunt.

E. gr. Si sunt plures homines in conclavi quodani, quos omnes uniuersit vides. & sumimus vnum eorum, tanquam primum, tribuimus vnicuique solum respectu illius, quatenus eidem non est continuus.

**CCCCLXX.** FIGURA est limes extensi.

Consideres mensam, tanquam extensem quid. Ipsa non est in infinitum extensis, sed extensio suis limitibus est circumscripta. Atque hi limites constituent figuram mensae, qui si variantur, variatur ipsa figura.

**CCCCLXXI.**

CCCCLXXI. PROPIORA dicuntur, quorum minor est distantia. REMOTIORA sunt, quorum distantia maior est.

CCCCLXXII. COMPOSITVM DIVISIBILE est, si pars una compositi existere possit, etiam si altera annihilari ponatur.

CCCCLXXIII. MOTVS est continua loci mutatione.

CCCCLXXIV. QVIES est perseverantia in eodem loco.

CCCCLXXV. MOBILE dicitur illud coëxistentium, quod mouetur.

CCCCLXXVI. SPATIVM MOBILIS est linea, quam mobile instar puncti consideratum toto illo tempore describit, quo motus durat.

CCCCLXXVII. MOBILE dicitur CELERIVS MOVERI, quod minore temporis interuallo spatium percurrit. TARDIVS autem MOVETVR, quod maiore temporis interuallo idem spatium percurrit.

CCCCLXXVIII. Celeritas est id, quo mobile aptum redditur ad datum spatium dato tempore percurrendum.

CCCCLXXIX. MOTVS AEQVABILI dicitur, si idem mobile eodem tempore spatium aequale absoluit. Si vero mobile temporibus aequalibus spatia inaequalia percurrit, dicitur MOTVS INAEQVABILIS.

## 88 DEFINITIONES ONTOLOGICAE.

Hae quidem definitiones sunt eiusmodi, ut exemplis non indigent, cum ea cum veritas coram optime monstrari queat, interim, de motu quae omni aetate disputata sunt. Verius enarrata leges in Watchii Lex. philos. sub. Tit. Bewegung.

CCCCLXXX. EN S SIMPLEX est quod partibus raret.

CCCCLXXXI. MOTUS INTESTINUS est, quo ea, quae sunt in ente aliquo, situm suum erga se inuenient mutant.

E. gr. Sanguis intra hominem mouetur, sive homo qui-escat sine ipso moueatur. Motus ille respectu totius, hominis est intestinus.

CCCCLXXII. PRODUCERE SIVE FA-  
CERE ALIQUID idem est ac eidem existentiam impertiri.

CCCCLXXXIII. EX NIHILO PRODUCERE idem est, ac existentiam impertiri ei, quod ex nihilo oriiri debebat.

CCCCLXXXIV. INSTANS (quatenus contradicitur successivo) est, quod praeteriti, presentis ac futuri expers est. ORTVS ITAQVE INSTAN-  
TANEVS est, qui non sit in tempore.

Sic in instanti omnes orientur spiritos finiti, propterea, quod in ipsorum ortu partes non ita successivae combinari possunt, ut in eis tibus compositis. Spiritus enim, cum finitentia simplicia, destitui partibus, palam est.

CCCCLXXXV. MODIFICATIO REI est variatio modorum, sine successio modi unius in locum alterius, a se diuersi.

Sic pietas, eruditio, diuitiae, paupertas &c. sunt modifications hominis.

CCCCLXXXVI. STATVS est determinatio surabilium.

Sic

Sic cum eruditus sit homo & virtuosus, in alio versare statu dicuntur, quam ille, qui ignarus omnium rerum & virtuosus est. Eruditio & virtus sunt in homine mutabilia quae-dam, possunt adesse & absesse. Si vero adsunt, mutabilia illa de reo inata sunt, dum enim adsunt, impossibile est, ut simul non ad sit, adeo que essentia eruditio is & pietatis certam hominis statim constituant.

CCCCI XXXVII. STATVS REI INTERNVS est, qui constituitur mutabilibus intrinsecis, nempe modis s. accidentibus.

Talis status est, cum quis est virtuosus.

CCCCI XXXVIII. STATVS REI EXTERNVS est, qui constituitur mutabilibus extrinsecis e. gr. status, quo quis est diues.

CCCCLXXXIX. SUBJECTVM est ens, quatenus consideratur, ut habens essentiam, & praeter eam aliorum capax est.

Dicitur alias subjectum inhaesonis s. Metaphysicum, quale est homo, resp. eti eruditiois & virtutis.

CCCXC. ADIVNTA dicuntur illa, quae essentiam consequuntur, siue sint attributa, siue modi.

CCCCXCI. ACTIO est mutatio status, cuius ratio continetur in subiecto, quod eundem mutat.

Obseru. I. Dum librum sumo, illumque a capite usque ad calamus perueluo, agere quid dicor. Accedit enim in me mutatio. Debet, vi principii rat. suff. huius mutationis ratio desse. Illa vero ratio cum in me ipso continetur, (non enim mutatio, dum librum sumo & euveluo, ab alio in me prouicitur, sed ipse memet ad librum sumendum & euvelendum determino, d. quod sensu communis conduceor,) facile vides, in hoc casu. ideo me dici aliquid agere, quia 1) mutatio adest 2) quia ratio huius mutationis in me ipso, tanquam subiecto mutato, est. Ut adeo intelligatur, hanc definitionem ad casus speciales optime posse applicari.

Obseru. II. Contra hanc definitionem nonnulla ab iis, qui Wolfi philosophiam impugnarunt, obiecta memini. a) Hanc defini.

definitionem putans esse angustiorem suo definito. Cum enim Deo adscribamus actionem, in Deo autem non deprehendatur mutatio, sequitur quod haec definitio actionis applicari nequeat ad actiones Dei, adeoque angustior sit suo definito. Resp. I. quamvis nulla adsit in Deo mutatio reuera talis, concipi tamen nulla actio potest in Deo sine mutatione. 2) Hanc definitionem, uti ceteras ontologicas reliquas, ad entia finita tantum voluit extensam Wolfius, idque ideo, quia in ontologia nondum demonstrata est existentia entis alieuius infiniti, id quod Wolfius subinde passimque monuit, e. gr. § 34 & 39. annotat. Metaphys.

CCCCXLII. PASSIO est mutatio status, cuius ratio continetur extra subiectum, quod statum suum mutat.

Si e. gr. fungum comprimis, in fungo accidit mutatio, debet ratio mutationis huius adesse, illa est non in fungo compresso, sed extra fungum. E. vides, hic fungum aliquid pari.

CCCCXCIII. POTENTIA ACTIVA s. FACULTAS est possibilitas agendi. POTENTIA PASSIVA est possibilitas patiendi.

CCCCXCIV. VIS est id, quod in se continet rationem sufficientem actualitatis actionis s. est conatus vel natus continuus agendi.

Probe hinc distinguenda est vis a mera possibiliitate agendi sive facultate. Ex vi constanter sequitur actio, nisi eidem resistatur quod exemplo arcus tensi clarius fit, ex mera auctem facultate non item. conf. Acta erudit. Ann 1694 p. 112 item Büfingeri dilucidat. p 243. §. 252. Hanschii Principia Philos Leibnitianae. p. 32. & 154.

CCCCXCV. IMPEDIMENTUM est id, quod in se continet rationem, cur aliquid non existat, cuius existentiae ratio sufficiens ponebatur.

E. gr. Ignauia continet rationem, cur erudicio in Caio non ad existentiam perueniat; hinc dicitur impedimentum eruditionis.

CCCCXCVI. ACTIO SIMPLEX est, quae in alias resoluti nequit. ACTIO vero COMPO-

SITA

## DEFINITIONES ONTOLOGICAE 91

SITA est, quae in alias simpliciores, vel easdem, vel diuersas resolui potest.

CCCCXCVII. GRADVS est discrimen internum qualiarum earundem.

Sic cognitio rei in duobus subiectis eadem qualitas est, sed differre non dem nequit, nisi gradu conf. Carponii differt. de gradatione virtutum moralium, Ienae 1733 habita.

CCCCXCVIII. INTENSIO SIVE INTENSITAS est graduum multitudo.

CCCCXCIX. DETERMINATIONES CONSTANTES sunt, quae semper eadem manent, dum aliae interea, siue continuo, siue per internalla mutantur. E. gr. vis representativa in anima.

D. DETERMINATIONES VARIABLES sunt, quae mutari possunt, siue continuo, siue per interualla, aliis manentibus semper, hoc est, quamdiu ens durat, iisdem.

E. gr. Scientia in hominē.

DI. MODIFICABILE dicitur, quod successive aliarum determinationum intrinsecarum capax est.

Cera modificabilis est, quatenus nunc si eri potest molliſ, nunc dura.

DII. PERDURABILE dicitur subiectum, quod per aliquod tempus durare aptum est,

E. gr. Anima est perdurable quid, quatenus easdem retinet facultates.

DIII. SUBSTANTIJA est subiectum perdurable & modificabile.

Hanc definitionem *substanziae* itidem auctor ad resonantum finitas voluit extensam, id quod de definitionibus omnibus in

in ontologia obseruari deber. *Leibnitius* definit *substantiam* per ens. uod principiū mutationum in se continet. *conf. Hanschii princip. Philos. Leibn. p. 31.* & *acta erud. ann. 1694 p. 110.* Ipse quoque Woltus substantiam ita definit in *Metaphysic. § 114.* his usus verbis: *Eine Substanz ist daesse nige, welches die Quelle seiner Veränderungen in sich hat.* Contra quam definitionem quae excipit Straehlerus, confutauit Mullerus in *demasqu. philos. §. 75.*

**DIV. ACCIDENS (PRAEDICAMENTALE)**  
*est, quod modificabile non est.*

**DV. ACCIDENTIA INTRINSECA** sunt, quae sunt determinationes intrinsecae, subiecto inexistentes.

**DVI. SUBSTANTIA COMPOSITA** est substantiarum simplicium aggregatum. **SUBSTANTIA AVTEM SIMPLEX** est proprie substantia, quam num. DIII. definiuimus.

**DVII. INFINITVM** (in *Mathesi*) est, *in quo nulli assignari possunt limnes, ultra quos augeri amplius nequeat.*

**DVIII. FINITVM DICIMVS** in *Mathesi*, cui assignari possunt termini, vnde incipit, & ubi definit.

**DIX. INFINITE PARVVM** est, cui nullus assignari potest limes, vtra quem imminui amplius nequit.

**DX. ENS FINITVM** est *ens, in quo omnia simul inesse nequeunt, quae eidem actu inesse possunt.*

**XI. MODI ANALOGVM** est, cuius oppositum enti infinito absolute non repugnat, quod tamen rationem sufficientem in eadem non agnoscit, cur actu unquam insit,

**DXII.**

**DXII.** PER EMINENTIAM ens esse dicitur, quod proprie loquendo non est, vbi tamen quid habet in se, quod vicem eius supplet, quod proprie eiusdem tribui repugnat.

Ita ens infinitum est per eminentiam modificabile, id quod Wolffus demonstrauit §. 846.

**DXIII.** ENS VNUM A dicitur DEPENDENS ab altero B, quatenus eius, quod ipsi A inexsistit, ratio in hoc altero B continetur.

**DXIV.** ENS A dicitur INDEPENDENS ab alio B, quatenus eius, quod ipsi tribuitur, ratio extra ipsum in alio B non continetur.

Definitio clarius redditur exemplo mundi, tanquam entia a Deo dependentis, & summi numinis, tanquam entia plane independentis.

**DXV.** RELATIO dicitur id, quod rei absolute non conuenit, sed tum demum intelligitur, quando ad alterum refertur.

Referri autem ens A ad alterum B dicitur, si entia duo A & B simul consideramus, atque ea, quae ipsis in se spectatis seu absolute conueniunt, perpendiculariter porro inquirimus ab inter ea, quae ipsi B. conueniunt absolute, quidpiam occurrat, per quod aliquid de A intelligi possit, quod absque eo intelligi non poterat, adeoque non nisi praesupposito B.

**DXVI.** RELATA dicuntur entia, quae ad se inuicem referuntur. FUNDAMENTVM RELATIONIS est ratio relationis, seu id, unde intelligitur, relationem adesse.

E. gr. Pater & filius sunt relata, & fundamentum relationis est generatio.

**DXVII.** A dicitur ANTIQUVM, si A interalloc temporis longiori, veluti aliquot seculorum, B praecessit, B autem dicitur recens sive nouum.

**DXVIII.**

94<sup>o</sup> DEFINITIONES ONTOLOGICAE.

D XVIII. S V B I E C T U M R E L A T I O N I S dicitur vnum relatorum , quod ad alterum refertur. T E R M I N U S autem R E L A T I O N I S dicitur alterum, ad quod aliud refertur. C O R R E L A T A sunt duo relata , quorum vnum alterius terminus esse potest.

D XIX. P R I N C I P I V M dicitur id , quod in se continet rationem alterius.

Sic, cur haec propositio sit vera: *nihil est sine ratione sufficiente rationem in se contingens* haec propositio: *Impossibile est, idem simul esse & non esse*. E. haec propositio est principium huius propositionis: *nihil est sine ratione sufficiente*.

D XX. P R I N C I P I A T U M e s t , quod rationem sui in altero habet.

D XXI. P R I N C I P I V M E S S E N D I dicitur, cum principium continet rationem possibilitatis alterius.

D XXII. P R I N C I P I V M aurem FIENDI appellatur, si rationem actualitatis alterius in se continet.

D XXIII. P R I N C I P I V M C O G N O S C E N D I e s t propositio, per quam intelligitur veritas propositionis alterius.

Exemplum luculentum dedimus def. 519.

D XXIV. P R I N C I P I V M I N T E R N U M e s t , quod in principio existit.

Tale est principium essendi.

D XXV. P R I N C I P I V M E X T E R N U M e s t , quod extra principiatum existit.

Fauer lignarius respectu domus.

D XXVI.

DXXVI. **C A V S S A** est *principium, a quo existentia; siue actualitas entis alterius ab ipso diuersi dependet. tum, quatenus existit, tum quatenus tale existit.*

DXXVII. **C A V S S A T V M D I C I T V R** principiatum, cuius existentia siue actualitas ab ente altero, a se diuerso, dependet, tum quatenus ipsum existit, tum quatenus tale existit.

DXXVIII. **C A V S S A L I T A S** est ratio illa in causa contenta, cur causatum vel simpliciter existat, vel tale existat.

DXXIX. **C O N C A V S S A E** sunt, si plures fuerint causae eiusdem causati, h. e. si existentia alicurus rei, vel simpliciter, vel ut talis consideratae a rebus pluribus aliis dependet.

Ita architectus & materia sunt concausae aedificii.

DXXX. **C A V S S A E F F I C I E N S S O L I T A R I A** est, si effectus dati causa efficiens non nisi unica fuerit.

DXXXI. **C A V S S A E F F I C I E N S P R I N C I P A L I S** est, si actio causae efficientis proficiscitur a vi, quae eidem inest, nec in ipsa actione aliunde pendet.

DXXXII. **C A V S S A E F F I C I E N S I N S T R U M E N T A L I S** dicitur, si actio proficiscitur a vi aliunde pendente.

DXXXIII. **I N S T R U M E N T V M** est ens, quod potentia agendi instructum, sed vi agendi destituitur ad effectum requisita.

DXXXIV.

DXXXIV. CAVSSAE dicuntur SVBORDINATAE, si caussa proxima & remota a se inuicem dependent in caussalitate sua.

DXXXV. CAVSSA EFFICIENS SVFFICIENS est, quae continet rationem sufficientem effectus alicuius dati. INSUFFICIENS ea est, quae rationem effectus dati insufficientem continet.

DXVI. EFFECTVS CONTINUVS CAVSSAE dicitur, si inter eum & causae actionem nulla alia caussa principalis interponitur.

DXXXVII. CAVSSA EFFICIENS IMMEDIATA est caussa, cui effectus continuus est. CAVSSA VERO EFFICIENS MEDIATA appellatur, cui effectus non est continuus.

DXXXVIII. CAVSSA ADMINISTRA dici solet ens illud etiuum, quo caussa efficiens principalis per modum instrumenti vtitur.

DXXXIX. CAVSSAE EFFICIENTES EIVSDEM ORDINIS sunt, quae eandem habent definitionem.

DXL. CAVSSAE SOCIAE sunt caussae efficientes plures eiusdem ordinis, constituentes causam efficientem sufficientem.

DXI. CAVSSA SOCIA dicitur AVXILARIIS, quae supplet defectum virium ceterarum, vel alterius principalis.

DXLII. EFFECTVS PLENVS dicitur, qui a tota actione causae efficientis pendet. PARTIALIS vero EFFECTVS est, qui non solus ab eadem actione causae efficientis pendet.

DXLIII.

DXLIII. EFFECTVS REMOTVS dicitur, qui, mediante alia causâ, principali, vel pluribus medianis, a causâ efficiente pendet.

DXLIV. EFFECTVS PROXIMVS est, qui a causâ proxima, nulla alia causâ principali interueniente, proficiscitur.

DXLV. FINIS s. CAVSSA FINALIS est id, propter quod causâ efficiens agit.

DXLVI. MEDIUM vocatur, quicquid rationem continet, cur finis actum consequatur.

DXLVII. CAVSSAE IMPULSIVAE sunt rationes, voluntatem determinantes, ut propter hunc finem agere velimus.

DXLVIII. CAVSSA IMPULSIVA INTERNA vocatur, si rationes istae in agente continentur. EXTERNA, si eadem a rebus externis defumuntur.

DXLIX. FINIS PRINCIPALIS est, propter quem quis ita agit, ut, si nullum aliud sibi propositum haberet, ob hunc solum ageret.

DL. FINIS SECUNDARIVS s. MINVS PRINCIPALIS est, propter quem quis ita agit, ut, si non praeterea aliud sibi propositum haberet, non ageret.

DLI. FINIS PROXIMVS dicitur, qui, nullo alio mediante, intenditur, REMOTVS FINIS est, qui non, nisi alio vel aliis medianis, obtinetur.

DLII. FINIS VLTIMVS est, in quem tandem ceteri omnes resoluuntur, seu propter quem sunt ceteri omnes.

DLIII. FINIS INTERMEDIUS est, qui interdros alios in serie sibi inuicem subordinatorum interiacet.

DLIV. FORMA sive CAVSSA FORMALIS sunt determinationes clementiales.

DLV. MATERIA est iud, quod determinatur in ente composito, sc. ex quo constat ens compositum.

DLVI. OBJECTUM sive MATERIA CIRCA QVAM est ens, in quo actiones agentis terminantur.

DLVII. SIGNVM est ens, ex quo alterius praesentia, vel aduentus, vel praeteritio colligitur, sc. est id, cuius idea excitat ideam alterius.

DLVIII. SIGNATVM est id, cuius vel praesentia, vel aduentus, vel praeteritio ex altero colligitur.

DLIX. SIGNVM DEMONSTRATIVVM dicuntur, cuius signatum est praefens.

DLX. SIGNVM PROGNOSTICVM est, cuius signatum futurum est. SIGNVM REMEMORATIVVM est, cuius signatum praeteritum est.

DLXI. SIGNA NATURALIA dicuntur, si significatus ratio in ipsis rerum notionibus continetur.

DLXII. SIGNA ARTIFICIALIA sunt, quorum vis significandi pendet ab arbitrio entis cuiusdam intelligentis, e. gr. hominum.

DLXIII. SIGNA PRIMITIVA sunt, quae ab aliis signis, se prioribus, ortum non trahunt. SIGNA vero DERIVATIVA sunt, quae ab aliis signis, se prioribus, ortum trahunt.

DEFI-

# DEFINITIONES COSMOLOGICAE.

DLXIV.

**C**O SM O L OGIA G E N E R A L I S S C I E N T I F I C A est, quae theoriam generalem de mundo ex Ontologiae principiis demonstrat.

DL. V. *Cosmologia Generalis Experimentalis* est, quae theoriam in scientifica stabilitam vel stabiendiā ex observationibus elicit.

Quid sit Cosmologia generatim spectata, vid. defini. Logicas, statim sub initium.

DLXVI. C O N N E C T I ea inter se dicuntur quorum unum continet rationem sufficientem coexistentialē vel successionalis alterius.

DLXVII. I N C O N N E X A autem sunt, quorum unum non continet rationem sufficientem coexistentialē vel successionalis alterius.

Sic e. gr. vita tua academica, bene ordinataque acta & futura felicitas sunt conexa, ratione successionis, cum vita aademica, bene instruta, contineat rationem suffuturae felicitatis. Hinc intelligis, quid sit *nexus*. *Nexus* scilicet est mutua rerum ad se inibiū relatio, qua altera sufficientem alterius rationem continet. *conf. hic Wolf.* iti commentat. Ita lumen de differentia sapientis rerum nexus & fatalis p. 67. & in monito ad commentat. p. 14. item Bülf. in dilucid. §. 143.

DLXVIII. M V N D U S est series entium finitorum tam simultaneorum, quam successuorum, inter se conexorum.

Obser. I. Poterit hæc definitio vel ideo nemini esse obscura, quia in ipsa nullus terminus occurrit, nisi qui iam in antecedentibus §§. systematis Wolthani sit sufficiente definitus. Complectitur Auctor voce mundi omnes res creatas, tum quae simul extiterunt, & nunc simul existunt, tum quae

se inuicem sequuntur, & plane conuenit cum Leibnitio, qui Part. I. §. 8. Theodic. inquit: Ich nenne eine Welt den ganzen Zusammenhang und Begriff aller existenten erschaffenen Dinge.

Obs. II. Quae contra definitionem hanc excepta sunt a Wolfii aduersariis, potissimum huc redeunt. 1) aiunt, causarum, cum efficientis, tum finalis, nullam fieri in hac definitio- ne mentionem. resp. neque id in definitione philosophica, quae principium demonstrandi esse debet, semper opus est. Sufficit, si causa efficiens & finalis ex definitione data, nexus legitimo deduci possunt. conf. Schlosseri dissentat. de caut. philos. circa definitiones §. 21. 2) obliuunt, hanc definitio- nem esse eiusmodi, ut etiam ab atheo admitti queat, propte- rea, quod non adiectum sit, a quo mundus ortus sit. Sed hic bellissime cl. Schlosserus: *Bonum est & utile veritati, si prin- cipia, ex quibus demonstratur, tum manifesta ponantur, quae nec infringere potest aduersarius. Sufficit, si pro aduersariis in- de legitimate concludere non licet, & praefat omnino, si contra eosdem argumentari inde possit. Admittat ergo definitio- nem, quicunque voler. Non enim necessum putat, ut omnes errores habeant communes, qui forte in definitione nominali consenti- unt.* 3) excipiunt definitionem hanc esse latiorem suo defini- to, cum dari possit series plurium globulorum, qui sunt entia finita, se inuicem excipientia, & connexorum. quae tamen series non dicatur mundus. resp. Res est in vado, Woltius indefinite ponit voces: *entium finitorum*, sub quibus non ali- qua tantum entia, sed omnia eminno vult intelligi. Series vero globalorum non est series omnium entium finitorum. conf. Langii und der Theol. Facultät zu Halle Anmerkungen über Wolffens Metaphysic. Cap. II. Langius item in der Entdeckung p. 58. Feuerlinus in specim. cosmolog. §. 2. Bülfinger in dilucidat. & in tr. de origine mali §. 51.

DLXIX. MUNDVS ASPECTABILIS appellatur mundus hic, qui existit.

DLXX. MACHINA est ens compositum, cuius muta- tiones modo compositionis conuenienter, beneficio motus, consequuntur. Siue: MACHINA est eiusmodi ens com- positum, cuius mutationes & structura per regulas motus consequuntur.

E, gr.

## DEFINITIONES COSMOLOGICAE 101

E. gr. Molendinum & horologium sunt machinae. Omnes enim mutationes, cum in molendino, tum in horologio, obuenientes, ita consequuntur, vt earum ratio semper in structura lateat. Quae situs enim, cur in molendino non tales euenant mutationes, quales in horologio respondebis, quia structura molendini a structura horologii plane diversa est. *conf. Richteri dissertat. de Machina & Spiritu, Lips. habita.*

DLXXI. OBSERVABILIA dicimus, quae sensu percipi possunt, siue nudo siue armato. IN OBSERVABILIA appellamus ea, quae ne armato quidem sensu, nedum nudo percipere valeamus.

DLXXII. PROGRESSVS IN INFINITVM est series rerum contingentium indeterminata, in qua nec primum datur, nec ultimum.

DLXXIII. PROGRESSVS IN INFINITVM RECTILINEVS est, in quo a termino quocunque in eodem assumto continuo receditur,

DLXXIV. PROGRESSVS IN INFINITVM CIRCULARIS est, in quo ad terminum, a quo receditur, rursus causiae rerum restituuntur.

DLXXV. CASVS PVRS dicitur actualitas siue existentia, destituta ratione sufficiente.

Cum vero nihil sit sine ratione sufficiente, intelligis, casum purum esse impossibile quid.

DLXXVI. VERITATEM DETERMINATAM habere dicitur id, de quo alteram contradictionis partem affirmari, alteram negari oportet,

Ita veritas determinata est, quod actu scribas. Falsa enim est propositio contradictoria, quod, dum scribis, non scribas.

DLXXVII. NECESSITAS PHYSICA SIVE NATURALIS est species illa necessitatis hypotheticae, quae a constitutione vniuersi & caussarum serie, seu a praesente rerum ordine pendet.

DLXVIII. INTRINSECE POSSIBILE est, quod in se spectatum contradictionem nullam inuenit.

DLXIX. EXTRINSECE POSSIBILE est, quod determinatam causam in mundo aspectabili habet.

DLXXX. CORPORA dicuntur entia composita, ex quibus tantum partibus componitur mundus.

DLXXXI. VIS INERTIAE s. VIS PASSIVA est principium resistentiae motus in corporibus.

Omne corpus vi inertiae s. resistendi esse praeditum, primum ex experientia cognovisse dicitur Keplerus. Cur e. g. in ilam plumbi non ita mouere potes, ut plumam? Annon sensis vim resistendi in plumbo?

DLXXXII. VIS MOTRIX dicitur vis activa corporum, siue est principium mutationum in corporibus, quatenus neque sine vi motrice nulla accideret in extensio mutationis.

DLXXXIII. MATERIA est extensum, vi inertiae praeditum.

DLXXXIV. NATURA est vis corporum activa, agende patientiae potentiae ac vi inertiae iuncta,

Distinguit itaque Wolfius naturam ab essentia corporis, quam quippe ponit in modo compositionis. In anima vero natura atque essentia unum idemque est,

DLXXXV. DIREC<sup>T</sup>IO MOBILIS dicitur linea recta, iuxta quam in dato momento progeditur, vel progredi nititur mobile, quatenus ea positione datur.

DLXXXVI. TERMINVS A QVO dicitur locus, a quo mobile recessere conatur,

DLXXXVII,

DLXXXVII. TERMINVS AD QVEM dicitur locus, ad quem mobile accedere conatur.

DLXXXVIII. ELEMENTA dicitur principium internum corporum irrelabile in alia s. pri-  
mum.

Elementa (Metaphysica) corporum putat W. esse esse substantias simplices sive monades, de quibus, r. & C. Corporeitate vitro citroque disputatum esse constat. conf. Balfinger in dilucidationibus sc̄t. I.c. 1. Hanschius in princip. phibis Leibnit. p. 64. Creilingius in duabus dissertat. quibus principia Philosoph. Leibn. examinavit. Tubing. 1722 bab. p. 4 Langbanus in diss. Dubia circa monades Leibnit. quatenus ipsae pro elementis corporum venditantur. Andala in dissertat. de quatuor fictis entium simplicium speciebus, pluresque alii, quos citatos vide in Frobetii delin. system. Wolf. p. 21. in System. Metaphys. delineat. & p. 49.

DLXXXIX. ATOMVS NATVRÆ dicitur, quod in se indivisibile est, adeoque partibus destituitur, in quas resolui possit.

DXC. ATOMVS MATERIALIS est, quod in se diuisibile, sed cui diuidendo non sufficiunt aliquae causiae, in rerum natura existentes.

DXCI. QVALITAS OCCULTA dicitur ea, quae sufficiente ratione destituitur, cur subiecto insit, vel saltē inesse possit.

Talis qualitas occulta est figura atomi materialis, id quod demonstratum dedit Wolf. in Cosmol. Lat. p. 149.

DXCII. PUNCTVM ZENONIUM dicitur ens simplex, quod praeter parentiam partium nullam aliam determinationem intrinsecam admittit.

Appellatur punctum a Zenone propterea, quod Zenoni tribui soleat ea sententia, quasi rerum elementa sint puncta, in quibus praeter parentiam nil concipere liceat. vid. Wolf. Cosmol. Lat.

DXCIII. PHÆNOMENON dicitur, quicquid sensui obuium confuse percipitur.

104 DEFINITIONES COSMOLOGICAE

DXCIV. CORPUSCULA dicuntur entia compo-  
sita per se inobseruabilia, siue adeo exilia, vt omnem  
visum effugiant.

DXCV. CORPUSCULA PRIMITIVA sunt,  
in quibus nulla compositionis ratio assignari potest,  
praeterquam in elementis.

DXCVI. CORPUSCULA DERIVATIVA sunt,  
quae rationem compositionis in aliis se minoribus  
agnoscant.

DCXVII. PHILOSOPHIA CORPUSCULARIS  
dicitur, quae phaenomenorum rationem a corpusculis  
desumit.

DXC III. PRINCIPIA MECHANICA ap-  
pellantur figura, magnitudo siue moles, motus &  
situs,

DXCI, PRINCIPIA PHYSICA dicimusphae-  
nomena, quatenus reddendis rationibus aliorum phae-  
nomenorum inferuiunt,

DC. QUALITATES MECHANICAE sunt,  
quae immediate per principia mechanica sunt ex-  
plicabiles.

DCI. QUALITATES PHYSICAE sunt, quae  
per principia physica explicabiles sunt,

DCII. QUALITATES MIXTAE sunt, quae  
partim per principia mechanica, partim per physica  
explicabiles sunt, seu quarum ratio partim per mecha-  
nica, partim per physica principia redditur.

DCIII. PRINCIPIVM INDISCERNIBILVM  
(Leibnit. num.) absoluatur hanc propositionem: Im-  
possibile est, existere in hoc uniuerso duas res pro-  
fus

## DEFINITIONES COSMOLOGICAE. 105

*sus sibi mutuo similes, siue, non dantur duo individua, quae non nisi numero differunt.*

Obseru. Huius principii veritatem primu Leibnitius ex principio rat, suff distincte eruit, & utiliter applicavit. Facit hoc principium ad stupendam rerum varietatem cognoscendam, iemque ad intellectus diuinum immensitatem considerandam, unitatem Dei demonstrandam, ad ultimum denique diuinum nos per uicit. *Vid. hic ipse Leibnitius in epistolis. Merkwürdige Streit-C christen. conf. Ruhiger in diluc. § 94. Wolf. annotat. §. 207. Hanschii princip. philos. Leibn. Theorem. 19. Cantzius in usu phil. Leib & Wolf, in Theolog. p. 156.*

DCIV. MASSA SIMILARIS dicitur, quae componitur ex corpusculis non nisi numero differentibus.

Massas similares in rerum natura non dari, eleganter ex principio in indiscernibilium demonstrat Wolf. Cosmolog. Lat. §. 250.

DCV. MASSA DISSIMILARIS appellatur, quae componitur ex corpusculis dissimilibus.

DCVI. MIS CERI materiae duas A & B dicuntur, quae, in particulas, exiles admodum, diuisae, corpuscula gignunt ex combinatione duarum vel plurimum particularium pro numero miscibilium resultantia, ex quibus deinde componitur massa quaedam, a materia mixta differens qualitatibus,

DCVII. COM MIS CERI autem dicuntur ea, quorum particulae, in quas diuisa sunt, se mutuo tangunt.

Wolfus distinguit, ut vides, mixtionem a commixtione, idque non sine ratione. Exemplum ex ipso Woltio desumere possumus §. 252. Cosmol. Lat.

DCVIII. MIS CIBILIA dicuntur materiae, quae miscentur.

G 5

DCIX.

**DCIX.** CORPUSCULA MIXTI dicuntur corpuscula, quae ex combinatione particularum miscibilium prodeunt.

**DCX.** CORPVS AVTEM MIXTVM appellatur, quod ex his corpusculis componitur.

**DCXI.** PERFECTE MIXTVM dicitur, si in corpusculis mixti singulis, vel in quavis parte mixti eadem sit miscibilium proportio, quae in toto mixto.

**DCXII.** IMPERFECTE MIXTVM est, si in data qualibet mixti portione, vel in singulis mixti corpusculis non eadem fuerit proportio, quam in toto mixto.

**DCXIII.** MIXTVM dicitur SOLVI, si miscibilium particulae a se inuicem segregentur, ut non amplius mixti corpuscula constituant.

Ita puluis pyrius solueretur, si particulae nitri a particulis sulphuris & carbonum, ac particulae sulphuris a particulis carbonum separarentur, ut non amplius mixtum constiterent.

**DCXIV.** SOLVTIO IMMEDIATA dicitur, qua miscibile soluitur in sua miscibilia. SOLVTIO MEDIATA vocatur, qua particulae miscibilium soluuntur in particulas miscibilium, ex quibus ipsae constant.

Exemplum solutionis immediatae est, dum puluis pyrius accensus soluitur in flammarum, quae per auram dispergitur. Solutio mediata est, dum auri faber argentum a cupro separat, cui permixtum fuerat. vid. Cosmol. §. 276.

**DCXV.** CORPVS dicitur ORGANICVM, quod vi compositionis suae ad peculiarem quandam actionem aptum est

E, gr. Oculus.

**DCXVI.**

**DCXVI. C O R P U S O R G A N I C U M S I M P L E X**  
est, quod ex nullis alijs partibus organicis componi-  
tur. **O R G A N I C U M C O M P O S I T U M** est, cuius  
partes sunt organicae,

**DCXVII. S T R U C T U R A** est compositio corporis  
organici,

Sic o ul: compositi onem structuram appellamus,

**DCXVIII. C O H A E S I O** corporum vel corpuscu-  
lorum est istiusmodi coexistentia, vi cuius vnum abs-  
que altero moueri nequit,

Sic partes globi plumbei cohaerent, fieri enim non potest,  
vt pars una globi moueat, nisi simul moueantur ceterae  
omnes.

**DCXIX. F I R M I V S C O H A E R E R E** dicuntur  
corpora A & B, quam C & D, si maior requiratur vis  
ad illa a se inuicem separanda, quam ad haec a se in-  
uicem diueienda requiritur,

**DCXX. P H A E N O M E N O N S U B S T A N T I A-**  
**T Y M** dicitur, quod substantiae instar appetet,

**DCXXI. R E G Y L A E M O T U S** dicuntur illae re-  
gulae, iuxta q uas vis motrix in consistu corporum  
modificatur,

**DCXXII. L E G E S M O T U S** appellantur principia  
generalia regularum motus,

**DCXXIII. R E A C T I O** dicitur actio patientis in  
agens,

E. gr. dum lapidem, alteri extremo funis alligatum, tra-  
his, lapi te vicissim trahit. Dum tu trahis lapidem, in la-  
pidem agis, & lapis te patitur. Quare cum lapis te vicis-  
sim trahit, adeoque in te agit, a quo patitur, actio eius di-  
citur reactio,

**DCXXV. A C T I O** dicitur **C O N T R A R I A** actionis  
alterius corporis, quae fit per contrariam directionem.

Vnde

Vnde vides, reactionem esse actioni contrariam.

**DCXXV. ACTIO IN DISTANS** dicitur, quae absque corporum contactu fieri ponitur.

Talis esse dicitur actio magnetis in ferrum, propterea, quod putarunt veteres, ferrum trahi a magnete sine contactu corporum.

**DCXXVI. CONFLICTVS CORPORVM** dicitur eorum status, quo in se inuicem agunt & reagunt,

E. gr. si duo globi occurrant sibi mutuo pari celeritate, agunt & reagunt.

**DCXXVII. CORPUS VNUM** dicitur **INCVRRE** in alterum, si vel in quiescens, vel motum ad eandem partem impingit.

**DCXXVIII. CORPUS VNUM** dicitur **OCCVRRE** alteri, si ambo moueantur in partes contrarias, & in se inuicem impingant.

**DCXXIX. CORPUS VNUM IMPINGIT** in alterum **DIRECTE**, si linea directionis impingeuntis transit per centrum grauitatis alterius, in quod impingit.

Hinc, vi oppositorum, intelligis, quid sit *indirecte impingere*.

**DCXXX. DIRECTE INCVRRE** corpus dicitur, si corpus unum, in alterum incurrens, directe impingit.

**DCXXXI. CORPORA DIRECTE** sibi mutuo **OCCVRRE** dicuntur, si corpora in se inuicem directe impingunt, dum sibi mutuo occurrunt.

**DCXXXII. IMPELLERE** corpus unum dicitur alterum, si ita mouet, ut ipsum libere progressiatur,

diatur, siue illud post conflictum quiescat, siue moueri perget.

**DCXXXIII. PROGREDI** dicitur corpus, si motum in linea, siue recta, siue curua, ita continuet, ut a termino, unde motus inchoatur, seu in quo tempore dato haeret, continuo longius distet.

**DCXXXIV. CORPVS** dicitur **RETR O G R E D I**, si vel in linea recta, vel in linea curua ita mouetur, ut cum antea distantiae a termino dato continuo crescent, seu maiores fierent, nunc eadem iterum decrecent, seu continuo minores euadant.

**DCXXXV. CORPVS TRUDERE** dicimur, si continua actione monentis moueatur cum eodem eadem celeritate versus eandem partem, ita tamen, ut mobile praecedat mouens.

**DCXXXVI. CORPVS TRAHERE** dicimur, si continua actione monentis mouetur cum eodem eadem celeritate versus eandem partem, ita tamen, ut mobile sequatur, mouens praecedat.

Hæc definitiones perquam facili negotio intelliges, si ad casus specialiores attenderis, in quibus dicimur, *trahere*, *trudere*, &c. corpora.

**DCXXXVII. CORPVS** dicitur **DESCENDERE**, si, dum mouetur, ad tellurem, vel aliud corpus mundi totale continuo accedit proprius.

**DCXXXVIII. CORPVS** dicitur **ASCENDERE**, si, dum mouetur, a tellure continuo magis magisque recedit, vel etiam ab alio quocunque corpore mundi totali continuo distantia eius augetur.

**DCXXXIX. GYRARI** siue **ROTARI** dicitur corpus, si circa lineam quietem ita mouetur,

ut quodlibet punctum extra eam assumtum circuli peripheriam describat.

*Motus rotationis* dicitur etiam *motus vertiginis*.

DCXL. Corpus rotundum dicitur **VOLVTARI**, si, dum progreditur, simul rotatur.

DCXLI. VEHICULUM dicitur corpus A corporé B, si ad motum B mouetur, quia ipsi vel inclusum, vel affixum est, vel quomodoconque adhaeret.

Ita homo vehitur currū, in quo sedet, dum mouetur, quia currus mouetur.

DCXLII. VIS MORTUA SIVE ELEMENTARIS dicitur, quae in solo conatu ad motum subsistit.

Eiusmodi vis mortua est gravitas, quamdiu gravis ex filo suspensum descendere nititur, descendere tamen actū nequit.

DCXLIII. VIS VIVA dicitur, quae cum motu locali coniuncta, & ad motum localem porro producendum tendit.

Eiusmodi vis viua est in graui cadente, ubi iam aliquem celeritatis gradum acquisivit.

DXLIV. VIS PRIMITIVA est, quae omni corpori per se inest, seu cuius non alia datur ratio, praeterquam in elementis.

Leibnitius *vim primitiūam* in Actis Erud. Anno 1695. p. 146, definit per eam, qua per se corpori inest.

DCXLV. VIS DERIVATIVA est, quae per modificationem vis primitiuae resultat.

Sie vis deriuativa est, quae a puluere pyrio globo ex tormento explodendo imprimitur.

DCXLVI. CORPVS ELASTICVM est, quod ictu vel alia quacunque ratione compressum, celsante

## DEFINITIONES COSMOLOGICAE III

cessante ictu vel actione comprimentis, in statum pristinum restituitur.

Tale corpus est aér, fungus, item ensis, qui compressus incurvatur; sed cessante compressione in figuram pristinam resilit.

DCXLVII. VIS ELASTICA est nisus ille, quo compressa a vi comprimente liberata, in statum pristinum restituuntur.

Talem nisum, in statum pristinum se restituendi, satis manifesto vides, cum vel fungum, vel gladium compresseris.

DCXLVIII. CORPVS P E R F E C T E D V R V M est, quod ab ictu figuram non mutat. E. gr. Lapis.

DCXLIX. CORPVS M O L L E dicitur, quod ab ictu figuram mutat, sed vi propria in eandem non rursus restituitur.

Exemplum habes in globulo ex argilla non prorsus exsiccata confecto, qui, si ictum senserit, figuram mutat, nec vi propria, ut corpora elastica, in eandem, restituitur.

DCL. IMPETVM habere dicitur corpus in motu actuali, quatenus massa ipsius, siue materia cohaerens dato celeritatis gradu mouetur.

Maior hinc *impetus* dicitur, quando maiore celeritate mouetur, minor autem, si idem corpus minore celeritate fertur.

DCLI. NATURA VNIVERSA s. NATURA SIMPLICITER dicta est principium mutationum in mundo eidem intrinsecum.

Vox naturae diuerso modo accipitur a philosophis, de quo vid. Schelhammer de *Natura sibi & meic. vindicata* L. I. c. I. Verdties in physic. p. 5. & 6. Auctoris definitio est communis loquendi usui admodum conformis. Atii, quod idem est, definiunt eam per principium actuosum, s. per vim actiuam cuiusque rei, conf. Hanschii princ. phil. Leibn. p. 51. item Koekleri *dissertat. de Natura humana morali.*

DCLII.

## 112 DEFINITIONES COSMOLOGICAE:

DCLII. NATVRALE IN GENERE dicitur,  
cuius ratio in essentia & natura entis continetur.

Sic tò concequere est stomacho naturale, Quae situs enim,  
et utrum eius concequatur, rationem reddes ex eius structura  
huc modo compositionis, & eiusdem vi actiua, diuinus si-  
bi insita.

DCLIII. NATVRALE IN MUNDO ASPE-  
CTABILI MATERIALI est, cuius ratio in essentia  
& natura corporum continetur.

Sic tò vovere est igni naturale, quia ratio votionis redditur  
ex structura & vi actiua ignis.

DCLIV. SUPERNATVRALE sive MIRACVLVM est,  
cuius ratio sufficiens in essentia & natura entis non con-  
tinetur.

Obs. I. Si ignis non adserit corpora, aduersus vim ipsius  
non munita, quae ab eodem naturaliter consumantur, effe-  
ctus hic dicitur supernaturalis sive miraculosus. Respectu au-  
tem corporum in hoc mundo adspectabili & ipsius mundi  
*supernaturale* appellatur, cuius ratio sufficiens in essentia &  
natura corporum non continetur.

Obs. I. De Spinozae, Clarcii, Malebranchii, Vanini, Lo-  
ckli definitionibus videatur Bültung, in dil. §. 212 Ceterum  
hanc definitionem Wolfi improbarunt nonnulli ideo quod  
mentio nulla *caussae efficientis & finalis* miraculorum fiat. Sed  
obseruari hic debet: id, quod iam supra de definitione mun-  
di submonuimus, non opus esse, ut in definitione philosophica  
caussae efficientis fiat mentio, modo ipsa ex definitione,  
facili nexu, deduci possit. Id quod, qua hanc definitionem,  
feliciter praestiterant cum *Wolfius*, cum *Bülfinger* ille in *Cos-  
mol. Lat.* §. 524 hic in dilac. §. 216 sqq. De miraculis vid.  
Hillmanni commentat. de miraculis Frf. 1727. §. item *Ker-  
poortenius* in diff recentius controversa circa doctrinam de mi-  
raculis Gedan. hab. 1732. *Walchii Lex.* sub tit. *Wunder.*

DCLV. ORDO NATVRAE est ille ordo, quem  
natura in agendo obseruat

Hinc dicimus fieri secundum ordinem naturae, quod na-  
turaliter fieri obseruamus.

DCLVI.

**DEFINITIONES COSMOLOGICAE** 113

**DCLVI. CONTRA NATVRAE ORDINEM FIERI** dicitur, quod ordini naturae contrariatur, seu, eodem salvo, fieri nequit.

Ita, quod Bileami asina articulato sono loquebatur, erat contra ordinem naturae.

**DCLVII. SECUNDVM NATVRAE ORDINEM FIERI** dicitur, quod ordini naturae conuenit, seu, eodem stante, fieri debet.

**DCLVIII. CURSVS NATVRAE** appellatur *consecutio evenerium, essentius corporum atque naturae eorum conformis.*



H

DEFI-

# DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE.

DCLIX.

**A**NIMA est ens istud, quod in nobis sibi sui & aliarum rerum extra nos consitum est.

Obs. I. Hac definitione, quae nominalis est, Wolfius characteres quosdam indicare & suppeditare voluit, quibus anima nostra ab iis rebus queat dignosciri. Definirio autem, quae quid sit anima, plenius indigabitur, infra in Psychologia rationalia occurret. Hic tantum Auctor paucis, quid per vocem *Animae* sibi velit, indicat, ut intelligat lector, de quo sibi sermo sit.

Obseru. I.. Obiectiones, contra notionem animae Wolfianam, infra, cum definitio plenior suppeditabitur, recentebuntur atque diluentur.

**DCLX. C O G I T A R E** dicimus, quando nobis conscient sumus eorum, quae in nobis contingunt, & quae nobis, tanquam extra nos, representantur. **C O G I T A T I O** igitur est actus animae, quo sibi sui rerumque extra se aliarum conscientia est.

Hanc acceptationem vocis cogitationis sibi loquendi esse conformem, uberior probat Wolfius psycholog. empir. §. 23 Constat enim, quando nobis nihili conscient sumus, ut in somno, tunc nos dicere, nos non cogitasse de hoc illoque obiecto. Discedit itaque hic Wolfius ab his, qui cogitationes ad omnes mentis humanae mutationes, etiam eas, quarum sibi conscientia non est, extensas volunt, cf Koehler in commentat. *Vom Licht der Natur* Monacholog. Leibn. annexa.

**DCLXI. P E R C I P E R E M E N S** dicitur, quando sibi obiectum aliquod representat. **P E R C E P T I Q** itaque est actus mentis, quo obiectum quocunque sibi representat.

**DCLXII. APPERCEPTIO MENTIS** est actus, quo mens perceptionis suae sibi conscientia est.

Voca-

## DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE. 115

Vocabulum hoc, a Leibnitz adhibitum, idem exprimit, quod Cartesianorum conscientia (Logica). Sic, dum audis Musicam, eam percipere diceris, sed appercipis, dum tibi conscientia est, te percipere Musicam. *conf. Hanschii princip. Leibn. philos. p. 3. & 4. & p. 35.*

DCLXIII. FACULTATES ANIMAE dicuntur potentiae actiuae animae.

Quid sit facultas in genere, supra exposuimus.

DCLXIV. LVMEN ANIMAE dicitur claritas perceptionum.

*Conf. Koehleri Commentarii de lumine naturae.*

DCLXV. ILLUMINARI dicitur ANIMA, quatenus acquirit facultatem, res clare percipiendi, ut sibi conscientia sit eius, quod percipit, atque ea, quae percipit, probe a se inuicem distinguat.

E gr. Cum in obiecto aliquo, vel philosophico, vel theologicō, vel alio quocunque plura quotidie distinguiamus, atque clariores in dies acquirimus ideas, dicere solemus:

*Es geht mir ein Licht auf in dieser Sache, ich bekomme Licht in dieser oder jener Sache.*

DCLXVI. TENEBRAE IN ANIMA dicuntur obscuritas atque defectus perceptionum.

Quid sit obscura, quid clara, vidue distincta perceptio siue representatio, in definitionibus logicis, statim sub initium dictum est.

DCLXVII. PERCEPTIO PARTIALES est, quae in perceptione rei alterius contenta est.

DCLXVIII. PERCEPTIO COMPOSITA dicitur, quae ex pluribus partialibus constat.

E. gr. Cum humanum Corpus percipimus, trunatum, caput, pedes, manus, percipimus. Humani igitur corporis perceptio est comparsa, perceptiones trunci, capitis, pedum, &c. sunt partiales.

DCLXIX. PERCEPTIO TOTALIS appellatur

## 116 DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE.

latur ea, quae complectitur eas omnes (perceptiones) quas dato aliquo momento simul habemus.

E. gr. Si pratum cum omnibus suis floribas contueor, habeo perceptionem totalem.

DCLXX. COGNOSCERE rem est eius notionem vel ideam sibi acquirere.

DCLXXI. COGNITIO est actio animae, quationem vel ideam rei sibi acquirit.

DCLXXII. PARS INFERIOR FACULTATIS COGNOSCENDI dicitur, qua ideas & notiones obscuras atque confusas nobis comparamus.

Huc referimus sensationes, imaginationem, memoriam &c.

DCLXXIII. PARS SUPERIOR FACULTATIS COGNOSCENDI dicitur, qua ideas & notiones distinctas acquirimus.

Huc referuntur intellectus, ratio, facultas abstrahendi, attendendi, reflectendi, comparandi &c.

DCLXXIV CORPVS illud dicimus NOSTRVM, a quo dependent perceptiones rerum materialium in mundo adspectabili, quas habemus.

Bülfingerus in dilucidat. §. 243, hos duos characteres corporis nostri suppeditat. 1) illud corpus nostrum dici, ait, prius situ, & relatione perceptiones & representationes fiunt. 2) in quo deprehendimus, fieri mutationes ad imperium voluntatis nostrae.

DCLXXV. CORPOR A in mundo adspectabili NOBIS PRAESENTIA dicuntur, quae mutationem corpori nostro inducere valent, nisi scilicet ullum supercedat obstaculum accidentale.

Sic mensa mili est praesens, cum ipsa mutationem in organis meis sensoriis, sc. in organo visus, producit.

DCLXXVI.

DCLXXVI. CORPVS aliquod dicitur PRAESENS IN aliquo loco, si intra terminus consistit, quibus locum ipsum definimus.

E. gr. Conclavē terminatur parietibus, quidquid itaque intra horum ambitum continetur, in conclavi praesens est.

DCLXXVII. ABSEN S dicitur, quod praesens non est.

Obs. I. Ridebis definitionem, cum quod negativa, tum quod identica est. Sed caue rideas, & te turpiter des. Negativa est, quia alteruter terminorum immediate & contradictrio oppositorum negative definiri potest, id quod supra iam monitum a nobis est. Synonymica ideo non est, quia, quid praesens sit, iam ante a est definitum.

Obser. II. Intelligis hinc quoque quid sit absens in dato quodam loco, si intra terminos istos non consistit, quibus locum ipsum definimus.

DCLXXVIII. SENSATIONES sunt perceptio-nes, quarum ratio continetur in mutationibus, in organis corporis nostri, qua talibus, contingentibus.

Obs. I. Wolfius eodem loco sensationem ita quoque definiit, est perceptio, per mutationem, quae fit in organo aliquo corporis nostri, qua tali, intelligibili modo explicabilis. Breuius & fortasse etiam clarius ita quoque poterat definiri. Sensatio est perceptio s. repraesentatio rerum, corpori nostro praesentium.

Obs. II. Ad omnem sensationem requiruntur duo momen-ta, *physicum* alterum, *alterum pneumaticum*. Illud in eo consistit, quod in omni sensatione debeat mutatio in aliquo organo corporis nostri evenire. Hoc requirit, vt, quoties quid sentimus, toties etiam adsit repraesentatio in anima, quae mutationi, in organis sensoriis factae, conformis est. *conf. Wolf. in annot. §. 65. sqq. Büsing. diluc. Scil. III. c. 2. §. 246.*

DCLXXIX. ORGANON SENSORIUM appellatur organon seu pars organica corporis, in cuius mutationibus continentur rationes perceptionum rerum materialium in mundo adspectabili.

## 118 DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE.

Talia organa sunt oculus, natus, auris, lingua, fibrillae nervae,

DCLXXX. FACULTAS SENTIENDI. SENSUS est facultas, percipiendi obiecta externa, mutatrices organis sensoriis, qua talibus, inducentia, conuenienter mutationi in organo factae.

Cur adiicit Wolfius, *qua talibus*, rationem hanc reddit? Possunt, inquit, accidere organo sensorio a causis extrinsecis mutationes, quae a structura organica minime pendunt, veluti in oculo vulnus infligitur, vel idem contunditur. *conf. psych. emp.* p. 38.

DCLXXI. FACULTAS VIDENDI. VISUS est facultas, percipiendi obiecta, conuenienter mutationi, vi luminis in oculo factae.

DCLXXXII. FACULTAS AUDIENDI. AUDITVS est facultas, percipiendi sonum, conuenienter mutationi, per eundem in aure factae.

DCLXXXIII. FACULTAS OLFACIENDI. OLFACTVS est facultas percipiendi odores rerum, conuenienter mutationi, vi effluviorum a corporibus odoriferis exhalatorum in naribus factae.

DCLXXIV. FACULTAS GUSTANDI siue GUSTVS est facultas, percipiendi sapores, conuenienter mutationi, quam obiecta sapida, dentibus comminuta, in lingua producunt.

DCLXXXV. FACULTAS TANGENDI siue TACTVS est facultas, percipiendi qualitates & quantitates corporum, conuenienter mutationi, quam per contactum corporis nostri in eodem producunt.

DCLXXXVI. SENSATIO UNA FORTIOR dicitur ALTERA, quae maiorem claritatis gradum

dum habet, seu cuius nobis magis conscientia sumus, quam alterius.

E. gr. Cum loqueris cum Caio in conclave tuo, interea vero tympana pulsantes praeterirent conclave, nihil eius, quod loqueris, Caius audiet, quia sensatio tympanorum fortior est, magisque organon auditus afficit, quam quidem fermo, quem cum Caio confers.

DCLXXXVII. SENSATIO VNA DEBILIOR EST altera, quae minorem claritatis gradum habet, seu cuius nobis minus conscientia sumus, quam alterius.

Ita, cum sole splendente, lucem in conclave accendens, minor est claritas in lumine lampadis, quam luminis solaris.

DCLXXXVIII. OBJECTUM SENSIBILE dicitur, quod sensu percipi potest, seu, quod in organo sensorio aliquo efficere potest mutationem, per quam eadem in mente respondens perceptio explicari potest.

DCLXXXIX. REGULAE PERCEPTIONUM dicuntur, quas anima obseruat in percipiendo.

DCXC. REGULAE SENSATIONUM sunt, iuxta quas sensationes in anima explicari possunt.

Tales sunt hae propositiones: *Sensatio fortior obfuscat debilitem. Si objectum sensibile in organum sensorium rite constitutum agit, necessario sentimus &c.*

DCXCI. FACULTAS IMAGINANDI seu IMAGINATIO est facultas reproducendi perceptiones rerum sensibilium absentium, sive, est facultas reproducendi sensationes iam olim habitas.

Si e. gr. musicam, heri vel nudius tertius, vel aliquot iam ante dies, perceptam, rursus tibi repraesentas tanquam praesentem, operatio est phantasiae sive imaginationis.

DC CII. PHANTASMA dicitur idea ab imaginatione producta.

E. gr. multa, heri vel nudius tertius audita.

DCXCIII. IDEAE SENSIVALES appellantur, quae vi sensatioris in anima existunt, s. quae iam actu intulit, quia iam illa in organo sensorio mutatione accidit.

E. gr. si sonum campanae percipis, idea soni sensualis est, quia, in aurem illapsus mutationem quandam organo auditus inducit.

DCXCIV. REGVLAE IMAGINANDI vel IMAGINATIONIS item PHANTASMA TVM dicuntur, per quas phantasmatata explicari possunt, seu, quas anima in imaginando obseruat, aut quod perinde est, iuxta quas phantasmatata oriuntur.

DCXCV. LEX IMAGINATIONIS sive PHANTASMATVM dicitur principium generale regularum sensationum.

Lex imaginationis, secundum quam imaginatio operatur, absolvitur haec propositione: *Si quae semel percepimus & unus perceptus denuo producitur imaginatio producit & perceptionem alterius.* Fac, te audire duos colloquentes de certa quadam vrbre, fac vero porro, te multis aerumnas multaque perpessum esse multa in hac ipsa vrbre. Mox, audito vrbis nomine, imaginatio producit omnes illas, quas i exantasti clamitantes. *conf. Buddetus in institut. theolog. Moral. pars. I. c. I. Sect. 5. Wucherer diff. de Connexione idearum. locutus de intellectu humano.*

DCXCVI SOMNIARE dicimur, si per tractum aliquem temporis, nonnisi res absentes percipientes, nullius praesentis nobis concii sumus, seu quando res in somno appercepimus.

DCXCVII. SOMNIVM (SUBJECTIVE ACCEPTVM) est status ille mentis, quo nonnisi res absen-

absentes clare percipimus, seu earum nobis consciis sumus.

Sumitur somnium quoque *objektive*, pro iis rebus, quae in somnio ibi succedunt, atque hoc respectu somnium contradictrix iras sive a veritati metaphysicae.

**D C X C V I .** S O M N I V M S I M P L E X dicitur, quod in earum serie phantasmatum continuatur; S O M N I V M V E R O C O M P O S I T U M appellatur, quod in diversis speciebus phantasmatum continuatur.

**D C X C I X .** C L A R U M S O M N I V M est, quando agnoscimus, quid somniemus. O B S C V R V M vero S O M N I V M est, quando, quid somniemus, non satis agnoscimus, et si actus percipiendi nobis consciis simus.

**D C C .** D I V I S I O P H A N T A S M A T U M est superatio perceptionem partialium a composta.

E. g. Cum ignem tibi imaginaris, ne tantum colorem simul tibi represeantas, cum caput Caii tibi, ope imaginationis, sisisti, a ceteris vero partibus corporis ipsius abstractis, dices *phantasma diuidere*.

**D C C I .** C O M P O S I T I O P H A N T A S M A T U M est combinatio perceptionum partialium ad constituantem unam compositam.

E. gr. alas & cornua percepisti, corpus quoque humanum percepisti, si itaque has partiales perceptiones ita combinaveris, ut unum compositum, scilicet corpus humanum alatum & ornatum, constueretur, dices *phantasma componere*.

**D C C I I .** F A C V L T A S P I N G E N D I est facultas phantasmatum, divisione ac compositione producendi phantasma rei, sensu nunquam perceptae.

Sic fingis, ut tibi hominem alatum represeantas, corpus enim humanum & alas, tanquam perceptioes partiales, coniungis, & inde oritur phantasma rei sensu nunquam perceptae. Num enim unquam vidisti hominem ala-

tum vel cornutum? *conf. Koehleri dissert. de fictionibus hereticis, len. bab.*

**DCCIII. SIGNIFICATVS HIEROGLYPHICVS** appellatur, quo res quaedam ad denotandam aliam transfertur.

Sic *Comenius* in orbe pieto, cum animam pingere non posset, ad artem hieroglyphicam configit, & condidit phantasma, cui significatum hieroglyphicum inuidit. Animam enim repraesentat per puncta in talem figuram disposita, qualem exhibit umbra corporis humani.

**DCCIV. FIGVRAE HIEROGLYPHICAE** appellantur, quas phantasmatia, significatum hieroglyphicum habentia, repraesentant.

Talis figura est illa imago animae, per quam puncta hoc pacto disponuntur.

**DCCV. NOTAE IRRESOLVIBILE** sap-pellantur eae, quae a cognoscente in alias simpliciores non amplius resoluuntur, siue, quod in se tales sint, siue, quod cognoscens eas amplius resoluere non possit. **NOTAE RESOLVIBLES** sunt, quae a cognoscente vterius resolui possunt aut debent.

Sic si definiueris, quid sit *tristitia*, & eam explicaueris per taedium insigne ob malum praesens, tunc ideam tristitiae in suas notas resoluis. Si porro ideas partiales, e. gr. *taedium, malum* &c. definiueris. easdemque notas, ideam tristitiae constituentes, in alias simpliciores nosti resoluere, habes adhuc *notas resolubiles*. Si vero eosque in resoluendis notis peruerteris, ut nihil amplius distinguere valeas, notasque & conceptus habeas, qui per experientiam fixi sunt, perque sensum communem determinati, ita, ut in analysi vterius progrederetur, adlunt *notae irresolubiles*.

**DCCVI. FIGMENTVM** est phantasma, quod ens fictum repraesentat.

Exemplum adeo figmenti praebet homo cornutus & alatus.

**DCCVII.**

## DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE. 123

DCCVII. IDEAM REPRODUCTAM RECOGNOSCERE dicimur, quando nobis conscientia sumus, nos eam iam antea habuisse.

E gr. occurrit nobis flos peregrinus, iam ante visus. Dum eum aspicimus conscientia nobis sumus, nos eum iam ante vidisse. Atque hoc in casu ideam floris reproductam recognoscimus.

DCCVIII. MEMORIA est facultas, ideas reproductas (consequenter & res per eas representatas) recognoscendi.

Definitio haec, communis loquendi visu fundata, sine dubio melior est, illa veterum, qua memoriam explicabant per receptaculum idearum, in quo condantur, & unde, rerum visu exigente, denuo promuntur. Plerumque autem confunditur imaginatio cum memoria, cum definitur memoria per facultatem, ideas iam olim habitas reproducendi. Aliud enim est ideas reproducere, aliud vero ideas reproductas recognoscere. Quae autem in se, tanquam diuersa, representantur, debent uoque diuersis terminis enunciari.

DCCIX. MEMORIAE MANDARE dicimus illud, cuius ideam reproducendi facilitatem nobis comparamus.

DCCX. MEMORIA RETINERE dicimur id, cuius ideam reproductam recognoscendi facilitatem conseruamus.

DCCXI. CITO MEMORIAE QVID MANDARE dicitur, qui minus diuturne contemplatione obiecti paucioribusque actibus iteratis id facit, quantum actus pauciores, ceteris paribus, minus temporis spatium exigunt.

DCCXII. FACILE QVID MEMORIAE MANDARE dicitur, qui paucioribus iteratis actibus id facit, vel etiam minus diuturna obiecti contemplatione, quantum ea pauciores operationes mentis continet.

DCCXIII.

DCCXIII. DIV MEMORIA QVID RETINE  
RE dicitur, qui ideam eius reproducere & reprodu  
ctam adhuc recognoscere valet, etiamsi longo tem  
pore eandem non reproduixerit.

DCCXIV. BONAM MEMORIAM HABERE  
dicitur, qui cito & facile quid eidem mandat, diu  
que retinet.

DCCXV. MAGNAM MEMORIAM HABERE  
dicitur, qui multarum rerum ideas reproducere, &  
reproductas recognoscere, longam quoque rerum se  
riem memoria retinere valet.

DCCXVI. IMAGINATIO dicitur EX TEN  
DI, si plures ideas simul producere, & per lon  
gum temporis spatium productas conseruare apta  
redditur.

DCCXVII. ARTIFICIUM MEMORIAE  
diciuntur actionem, qua quid aptum efficitur, ad idea  
rum reproductionem & recognitionem iuuandam, quo  
per se eandem iuuare non poterat.

Ita si nobis imaginamur verba quaedam ianuae adscripta.  
Hoc ipso efficimus, vt, conspecta ianua, verborum istorum  
idea in nobis reproducatur, & producta recognoscatur.

DCCXVIII. ARS MNEMONICA s. ARS ME  
MORIAE dicitur ars, memoriam extendendi artifi  
ciisque iuuandi.

*De arte mnemonica s. memoratiua conf. Paschius de in  
uentis nouis & antiquis Walchii Lexic. Philos. Tit. Ge  
dächtniss-Kunst.*

DCCXIX. MEMORIA NATURALIS di  
citur, quae homini absque vlla exercitatione prae  
via & vllis artificiis inest. MEMORIA ACQUA  
SITA

S I T A appellatur, quae praevia exercitatione & artificiorum ope in nobis datur.

Huc pertinet quoque artificiosa, quae non nisi artificiorum ope in nobis datur.

DCCXX. MEMORIA *dicitur LABI*, si ideam reproductam habemus pro eadem, quam ante nos habuisse consciū nobis sumus, et si immutata fuerit, seu corrupta.

DCCXXI. MEMORIA NOS FALLEERE dicitur, quatenus in causa est, ut diuersa habeamus pro iisdem.

DCCXXII. MEMORIA hinc dicitur LABILIS, quatenus fieri potest, ut labatur.

DCCXXIII. OBLIVIO est IMPOTENTIA, *ideas reproductas recognoscendi*.

DCCXXIV. IDEA REI, QVAE PERCIPITVR, SOCIA dicitur, idea tota composita, qua vi ideae rei, quae iam percipitur, ab imaginatione producitur.

Fac, tibi occurtere Caium in auditorio, quem ante videras in conuiuio, fac porro, ope imaginacionis, produci ideam Caii, tanquam saltantis & rixantis cum Sempronio in conuiuio, vna cum vrbe, domo, in qua conuiuum apparatum erat, aliisque circumstantiis, & partialibus conuiuit. Dicimus ideam totam compositam ex ideis vrbis, aedis in qua conuiuum erat instructum, aliarumque rerum, in conuiuio praesentium, *ideam sociam Caii*, quatenus iam in collegio ipsum videmus.

DCCXXV. REI MEMINISSE dicitur, quando ideam eius reproductam recognoscere valemus, consequenter nobis consciū sumus, nos eam jam antea habuisse.

E. gr. Occurrit tibi Caius in nundiniis Libsiensibus, & narrat tibi, quod tecum aliquot annos in academia vixerit, & ad singulares quoque circumstantias pronocat. Si horum, quae

quae narrat Caius, tibi conte us fueris. quod ita olim euenient, te omnium probe meminisse dicis. Attende itaque, quid in mente tua accidat, cum meministi eorum quae narrantur a Caio. Reproducit scilicet Caius ideas rerum, iam antea factarum, quas tu, cum fuerint, percepisti. Dum tibi conscious es, te illa olim percipisti, ideas reproductas recognoscis. Dicis itaque, eorum meminisse, via ideam eorum reproducam adhuc recollectis.

DCCXXVI. REI NON MEMINISSE dicimur, quando nobis videmur eam antehac nondum percepisse.

DCCXXVII. REI OBLITI dicimur, quando nobis concii sumus, nos deam eius percepisse, eam vero nunc reproducere non possumus.

DCCXXVIII. REMINISCENTIA (RECORDATIO) dicitur facultas, perceptiones praeteritas mediate reproduendi & recognoscendi.

Meministi, te Caum, quem iam in nundinis Lipsiensibus vides, in academia vidisse, idque meministi tunc, cum te Caius huius rei admonet. Vides, mediante narratione Caii ideam illius reproduci.

DCCXXIX. ATTENTIO est facultas efficiendi, ut in perceptione composita partiali una maiorem claritatem ceteris habeat, sive ATTENTIO est facultas efficiendi, ut unus rei magis nobis sumus concii, quam alterius.

E. gr. Dum verbis oratoris declamantis attendis, comprehendis, te illius sermonis & verborum magis conscientiam esse, quam alterius cuiusdam rei, cuius aequi poterat euocare tempore esse conscientius, conf. Hiligeri differunt de attentionis subsidiis, filio & merito suspeclis. Vitemb. hadit.

DCCXXX. REFLEXIO est iuxta quia ad plures perceptiones partiales attentio. FACULTAS REFLECTENDI est facultas ad ea, quae in re recepta sunt, successivae attendendi.

E. gr.

## DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE. 127

E.gr. Si machinam, antea non visam, percipis, in eaque mentem tuam defigis, diceris ad eam attendere. Si vero ad minimam etiam omnesque eius partes successiue attendis, ut omnes rotulas mentis tua consideres, quae in illa machinae deprehenduntur, diceris super illis partialibus reflectere. conf. Rami dissertat, de reflexione. Vitemb. habit.

DCCXXXI. ACTVS REFLEXI dictuntur omnes animae actiones, quae reflexionem ingrediuntur.

DCCXXXII. VOCABULA sunt voces articulatae, quibus res perceptas aut perceptiones nostras indigitamus.

DCCXXXIII. INTELLECTVS est facultas, res distincte repraesentandi.

Vocem intellectas veteres latius sumiebant, sed Wolfius haec vocem, ratione usus loquendi habita, arctioribus circumscriptis limitibus. sub eaque distinctas tantum representationes comprehendi voluit. Caussas huius rei adduxit in Metaphys. Germ. §. 276.

DCCXXXIV. ENVNCIARE id dicimur, si quid vocabulis indigitare valemus. ENVNCIABILE dicitur, quod verbis indigitari potest.

DCCXXXV. ABSTRAHERE ea dicimur, si ea, quae in perceptione distinguntur, tanquam a re perceppta seiuncta intuemur.

DCCXXXVI. FACULTAS ABSTRAHENDI est facultas mentis nostrae, ea, quae rei perceptae insunt, tanquam ab eadem seiuncta sperandi.

E.gr. Cum Caium consideras, potes ipsum considerare tantum, qua staturam suam, nec consideras eodem tempore eius genus, eruditionem &c. Hoc in casu diceris abstrahere a Caii genere, eruditione &c. conf. Herzogii dissertation. de arte abstrahendi. Ien. 1733. hab.

DCCXXXVII.

DCCXXXVII. COGNITIO INTUITIVA  
dicitur, quae ipso idearum intuitu absolvitur. INTUITIVE autem REM COGNOSCERE dicimur, quatenus ideae eius, quam habemus, nobis sumus consciit.

E. gr. dum aedificium praefens intueris, tibique insimul conscientias eorum, quae in eodem, uno obtratu, comprehendis, intuituum aedificii habes cognitionem.

DCCXVIII. COGNITIO SYMBOLICA  
dicitur, si cognitio nostra terminatur actu, quo verbis tantum enunciamus, quae in ideis continentur, vel aliis signis eadem representamus, ideas autem ipsas verbis aut aliis signis indigitatas non intuemur.

E. gr. Habes cognitionem symbolicam irae, si cogitas, ipsam esse affectum taedium, ex iniuria, ab aliis illatae, representatione ortum. conf. Feuerlini disputat. de cognitione Symbol. & intuitua. Et Büsing. dilucitat. §. 280.

DCCXXIX. ARS CHARACTERICIA  
appellatur ea, quae explicat signorum in rebus aut ea-  
rundem perceptionibus denotandis usum.

Hanc artem in desideratis adhuc esse monuit Wolfius,  
§. 965. Ontol.

DCCXL. ARS CHARACTERISTICA  
COMBINATORIA (a Leibnitio etiam vocata  
SPECIOSA GENERALIS) est ars illa, quae docet signa ad inueniendum utilia, & modum eadem combinandi, eorundemque combinationem certa lege variandi.

DCCXLI. CALCULVS IN GENERE est  
inuentio alicuius signi seu characteris deriuatiui ex aliis  
sive primitiuis, sive deriuatiuis per continuam aequivalentium substitutionem.

DCCCLII.

DCCXLII. LINGVA UNIVERSALIS dicitur, quam omnes omnium linguarum gentes intelligere possunt.

DCCXLIII. SCRIPTURA UNIVERSALIS est, quam omnes omnium linguarum gentes intelligere possunt.

DCCXLIV. LINGVA PHILOSOPHICA dicitur, in qua vocabula significatum essentialiēm habent.

DCCXLV. VOCABULA ESSENTIALITER SIGNIFICANTIA sunt signa deriuatiua notionum distinctarum, minimum definitionum.

DCCXLVI. INTELLECTVS dicitur PVRS, si notioni rei, quam habet, nibil confusi admiscetur, nibilque obscuri. NON PVRS dicitur, si notioni rei insunt, quae confuse aut prorsus obscure percipiuntur.

Conf. Loescheri *dissert. de intellectu puro.*

DCCXLVII. COGNITIO UNIVERSALIS dicitur, quae constat notionibus vniuersalibus.

DCCXLVIII. COGNITIO SINGULARIS dicitur, quae constat notionibus individuorum.

DCCXLIX. COGNITIO PARTICULARIS dicitur, quae notionibus particularibus constat.

DCCL. NOTIO autem PARTICULARIS est, qua ea repraesentantur, quae quibusdam individuis, ad idem genus vel eandem speciem referendis, communia sunt.

DCCLI ACUMEN (Scharfsinnigkeit) est facultas, in uno obiecto multa distinguendi.

**Obs. I.** Cel. Walchius in Lex. phil. tit. *Scharfsinnigkeit* definit acumen h. m. *Scharfsinnigkeit*, inquit, ist diejenige Vollkommenheit des iudicii, Kraft deren man den Zusammenhang der Wahrheiten einsehen und erkennen kann. Sed hanc animae perfectionem vocat Wolfius *rationem*, idque iure meritoque, ut postea videbimus. Praesentem autem Walphi definitionem usui loquendi esse conformem, vel ex eius vides, quod iis acutum tribuamus visum, qui, ope oculorum, in obiectis, quae vident, multa distinguere possunt. Hinc in anima deprehenditur tum demum acumen, si multa in obiecto repraesentato distinguere valet.

**Obs. II.** Cel. Walchius, in definitione Wolfiana, putat, non tam essentiam, quam fundamentum acuminis, allegari. resp. 1) Verum id est, si notio acuminis, quam Cel. Walchius sibi format, retineatur. At, rectius & usui loquendi convenientius definiri acumen a Wolfio, iam submonui. 2) Fae quoque, in hac definitione acuminis fundamentum & caussas allegari, essentiam autem intrinsecam reticeri, quid inde? Num ideo definitionem falsam pronunciabimus? Non puto. Dantur enim definitiones geneticae & caussales.

**DCCLII. ANALYSIS NOTIONVM** dicitur, quae notio rei resolutur in notiones eorum, quae ipsas ingrediuntur, & notiones horum singulae denuo in alias simpliciores, ac ita porro.

Quae de *analysis notionum* sciri hic merentur, repeti possunt ex iis, quae supra de ideis inadaequatis dicta sunt in definitionibus Log.

**DCCLIII. PROFUNDITAS INTELLECTVS** dicitur *facultas notiones distinctas in alias simpliciores continuo resoluendi, prout scilicet analysis notionum requirit.*

S. R. Walchius in Lex. tit. *Lieffinnigkeit* ita hanc profunditatem definit: Die Lieffinnigkeit ist diejenige Vollkommenheit oder Geschicklichkeit des menschlichen Verstandes, sonderlich des iudicii, wenn man aus einer Wahrheit viele andere folgern und erkennen kann. Sed hanc perfectionem rectius vocari *soliditatem*, suo loco monebitur.

**DCCLIV. DEFINITIO REI CONVENIRE**  
dicitur,

## DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE. 31

dicitur, si eidem insint singulae notae, definitiōnem ingredientes.

DCCLV. **S T A T V S P R A E S E N S** dicitur **G R A V I D V S F U T U R I**, quātenus ex eo, & vi ejus, futurus sequitur. **S T A T V S P R A E S E N S** dicitur **I M P R A E G N A R I A P R A E T E R I T O**, quātenus, mediante praeterito, aptus efficitur, vt inde sequi possit futurus, seu: quātenus, accedente praeterito, ex eo sequitur futurus.

Has locutiones ideo exposuit Wōlfius, vt intelligi possit, quid sibi velit, cum hae loquendi formulae ad animani transferuntur.

DCCLVI. **N A T V R A** nobis **I N E S S E** dicitur, quicquid menti sine praevio exercitio inexistit.

DCCLVII. **A C Q V I R I** dicitur id, quod non inexistit, nisi praevio exercitio.

Sic facultas edendi, bibendi, est homini naturalis, atars saltandi non est naturalis, sed acquiritur.

DCCLVIII. **D I S P O S I T I O** est *possibilitas acquirendi potentiam rigendi vel patiendi.*

Sic nobis inest dispositio naturalis ad saltandum, quia potentiam saltandi acquirere possumus. Si haec dispositio natura inest, dicitur naturalis.

DCCLIX. **D I F F I C U L T E R A G E R E** dicitur, qui actiones simplices ad compositam requisitas non nisi tarde ac interiectis moris edere potest.

E. gr. Si quis scribere velit, singulas literas delineare debet, & in una eademque linea plures ductus pennae necessarii sunt. Sunt adeo tot actus simplices, seu minus composti, quot literae delineandae, ad scripturam requisiſti. & in singulis literis delineandis tot distinguuntur actus magis simplices, quot ductus diuersi in una linea obſeruantur. **Dif- culter** adeo scribit, qui tarde literas depingit, & inter singularium literarum delineationes a scribendo tantisper ceflat ut mora intercedat, qua non scribatur, conf. Wolf. Psych. empir. §. 427.

DCCLX. PROMPTITVDO AGENDI est, quae quis actiones simplices, ad compositam requisitas cito, nec ullis inter eas interiectis morulis producere potest.

Ita scribit *prompte*, qui sine mora non modo singulas litteras, verum etiam integras voces & totam earum seriem scribit.

DCCLXI. HABITVS est promptidudo agendi.

DCCLXII. DISPOSITIO (*habitui contradistincta*) est difficultas agendi.

DCCLXIII. A POSTERIORI dicimus COGNOSCERE id, quod experiundo addiscimus.

DCCLXIV. A PRIORI dicimus COGNOSCERE id, quod ratiocinando nobis innoteſcit.

DCCLXV. SOLIDITAS INTELLECTVS est habitus, distincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi.

Quid vero sit *ratiocinia concatenare*, id iam in definitiōnibus Logicis dictum est. Definitio Wolfii cum Walchii definitione exakte conuenit, cum hic in Lex. tit. Gründlichkeit. inquit: Wer geschickt ist, aus richtigen Grund-Sätzen wohl zu schliessen, und wieder diese Schlüsse mit den Principiis zu connectiren, und also den Grund der Folgerung zeiget, den nennet man einen gründlichen Mann.

DCCLXVI. DISTINCTE RATIOCINATVR, qui successiue singula iudicia format, prout ratiocinium ingrediuntur.

DCCLXVII. SOLIDA DOCTRINA (gründliche Gelehrsamkeit) dicitur, quae constat propositiōnibus sufficienter probatis seu demonstratis adeoque & sufficienter explicatis.

DCCLXVIII.

DCCLXVIII. OBSERVATIO est experientia, quae versatur circa facta naturae, sine opera nostra contingentia.

Cl. Hagen in libro de *Methodo mathemarica* hanc observationis suppeditat definitionem. *Est propositio, sistens mutationem, in mundo obuiam, ad cuius ortum nihil contulit audentis opera.* Ita inquit porro, *sine mea etiam actione fit, ut bieme non nunquam tonitru oriatur: obseruatio autem eiusdem consistit in enarratione antecedentis tempestatis, solite calidioris, annotatione temporis, quo contigit, v. gr. vespertini post solis occasum, descriptione loci, plagae nimirum occidentis, determinatione durationis, concomitantium & subsequentium.* conf. tract. cit. p. 114. sqq.

DCCLXIX. ARS OBSERVANDI est, qua veritates ex observationibus eruuntur.

DCCLXX. ARS EXPERIMENTANDI est, qua ex experimentis veritates eruuntur.

DCCLXXI ARTIFICIA HEVRISTICA dicuntur regulae, quibus mens apta efficitur, per principia, ipsi perspecta, veritatem incognitam erudiendi, quam, solo ratiocinandi habitu adiuta, per ea eruere non potest,

DCCLXXII. PRINCIPIVM REDUCTIONIS appello artificium, quo obiectum aliquod, de quo quid quaeritur, reduco ad aliud, notionem quandam communem habens, ut ea, quae de hoc nobis innotescere, vi notis communis ad illud quoque applicari possint.

Principium reductionis. quod a Wolfio Germanice vocatur der Grund der Verkehrsung, Metaphys. Germ. §. 364. breuius ita quoque potest definiri: *Principium reductionis est regula, vi cuius incognitum quoddam mutamus in aequipollens cognitum.* Permutamus autem incognitum in cognitum propter similitudinem & relationem, quae est inter cognitum & incognitum. Prostant vero permulta exempla in philosophia, vbi veritates hoc modo sunt inuentae. Quo spectat

quando *integra societas* specia: pr. vt *persona individua*, & sic officia *societatis* demonstrantur ex iure naturae singularum. Pertinet huc etiam, quando iubemur ita considerare in philosophia morali inimicum, quasi nos non laesisset. Plura vide in diss. Cel. Koehleri de fictionibus heurist. Ien. 1724. hab.

DCCLXXIII. ARS INVENIENDI GENERALIS est, quae circa quodlibet obiectum versatur. Ars vero INVENIENDI specialis est, quae circa quoddam determinatum obiectum versatur.

DCCLXIV. INGENIVM (Wiß) vocatur facilitas obierandi rerum similitudines

DCCLXXV. INGENIOSVS (finnreich) est, qui ingenio potest; id est, qui similitudines rerum facile obseruat.

Vox ingenii sumitur a) latius pro complexu omnium mentis humanae facultatum b; strictius pro facultate, comparatione rerum facile & feliciter detergendi. Atque hoc sensu sumit Wolfius, cum praesentem ingenii suppeditat definitionem. Quia quidem notionem ingenii usui loquendi esse conformem, id vero per quam facili negotio commonistrari potest. Constat. poëtis praesasteris tribui ingenium, idque ideo, quia tropica dicendi ratione usi allegorias frequentius & meta phoras quae in similitudine rerum fundantur, adhibent. conf. ipse Wolf. Psychol. Lat. §. 477. Alii ita ingenium definiunt: ingenium est facultas, possibilitates pro artificatu combinandi. conf. Walkb. Lexic. phil. sub Tit. Ingénium.

DCCLXXVI. IMAGINATIO VIVAX est, qua phantasmatá adeo clara producuntur, vt tibi probe conscientis sis eorum, quae in iisdem continentur.

DCCLXXVII. RATIO (die Vernunft) est facultas, nexum veritatum universalium intuendi seu perspiciendi.

Obs. I. Minus probari hanc rationis definitionem non nullis, vel ideo non miror, quod noui, citius mille horologia inter se conuenire posse, quam consentiant philosophi in determinanda notione rationis, ad quam tamen omnes, tamquam

quam ad cognitionis suae principium, prouocant. Ex omnibus tamen philosophorum definitionibus, quas de ratione suppeditant, optima videtur Wolfi, quae quippe usui loquendi apprime conformis est, id quod comprobat Wolfius *Psychol. empir. Lat.* § 484.

Obs. II. Leibnitius in discurs. de conformitate rationis ac fidei, *Theodiceae* praemissio §. 23. definit *rationem per certum veritatum veritatum*. Sed sumit hic vocem *rationis obiective*, pro veritatibus connoxis. *Wolfius* autem definit rationem *subjective*, quatenus est facultas mentis humanae, *nexus veritatum vniuersalium distincte perspiciendo*.

Obs. III. Cel. *Walchius* putat in Lexico philos. sub tit. *Wernunft*, hanc *Wolfi* definitionem nimis arctis circumscribi limitibus. Plures enim dari operationes, ait, quae ad rationem pertineant, quam solam nexus rerum perspicientiam. At facilis est responsio. Aut illas plures operationes ex definitione nostra explicantur, aut alias supponunt facultates. Vellem allegatae fuissent operationes plures, quae ex nostra definitione excludantur. vid. interim de rationis definitione *Cantzius in usu philos. Leibn. in Theologia. T. I. Cap. I. §. 4. sqq.*

**DCCLXXVIII. RATIONI CONFORME** siue **CONSENTANEUM** est, quod cum veritatibus cognitis seu propositionibus vniuersalibus veris connectitur.

E. gr. Haec propositio, *anima est incorruptibilis*, connectitur cum hac propositione: *anima est ens simplex*, fluuit enim illa propositio ex hac propositione, E. propositio: *anima est incorruptibilis*, est rationi consentanea.

**DCCLXXIX. RATIONI CONTRARIVM** est, quod veritatibus vniuersalibus contradicit.

**DCCLXXX. RATIO PVRA** est, si in ratiocinando non admittimus, nisi definitiones ac propositiones a priori cognitas.

**DCCLXXXI. RATIO** autem **PVRA** non est, si in ratiocinando praeterea admittuntur, quae a posteriori cognoscuntur.

**DCCLXXXII. CONNVIVM RATIONIS ET EXPERIENTIAE** dicitur concursus rationis & experientiae in cognoscendo.

**DCCLXXXIII. EMPIRICI** dicuntur **HOMINES IN ACTIONIBVS SVIS**, qui secundum experientiam actiones suas moderantur.

**DCCLXXXIV. RATIONALES** autem dicuntur **ESSE IN suis actionibus**, qui secundum rationem easdem moderantur.

**DCCLXXXV. EXSPECTATIO CASVVM SIMILIVM** est modus, dirigendi actiones per olim facta in casu simili.

Co. ferr: hic potest differtat. mea de fallaci casuum similiūm exspectatione. Vitemp. 1732. hab. Hae ipsa casuum similiūm exspectatio est id, quod alias a philosophis *catalogum rationis* dici solet.

**DCCLXXXVI. VOLVPTAS** (*das Vergnügen*) est intuitus seu cognitionis intuitiva perfectionis.

Hanc definitionem, quam Wolfius cum Cartesio communem habet: quamque usui loquendi conformem esse demonstrat impugnat idem Walchius ex hoc capite, quia hac definitione, non quid sit voluptas, sed unde oriatur illa, explicetur. At dandum monuerunt alii, hanc definitionem esse genericam, sive realem, qua traditum modus possibilitatis, sive oris & genesis alicuius rei. Quales definitiones, tantum abest, ut improbari debeant, ut potius ipsae maximum in philosophicis usum nobis praebent. vid. Walcbii Lexicon sub tit. Lust. Straehler Exam. P. II. §. 81. sqq. collate Müllero im demaq. Philos ad b. l. addatur Feuerlin. Specim. III. psychol. §. 5. 6. cont. disput. mea de obligatione naturali ad amorem erga inimicos. §. 21.

**DCCLXXXVII. VOLVPTAS VERA** est, quae ex vera perfectione oritur. APPARENS vero, quae oritur ex apparenti.

**DCCLXXXVIII. TAEDIVM** est intuitus seu cognitionis intuitiva imperfectionis

Obs. I.

## DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE. 137

Obs. I. Sic si senseris tuas imperfectiones, e. gr. si crassam adhuc in multis rebus deprehenderis in te ignorantiam, taedium in te suborietur. Est itidem haec definitio genetica.

Obs. II. Hic annotari vellim adhuc differentiam inter *voluptatem simplicem & mixtam*. Illa oritur ex sensu unius tantum perfectionis, haec ex multanea plurium perfectionum representatione. Idem enero de taedio.

DCCLXXXIX. VOLVPTAS dicitur PRAEDOMINARI, si tanta fuerit, ut taedium, si quod adfuerit, non appercipiatur.

DCCXC. DOLOR (*corpus scilicet*) est solutio continuus in corpore.

Est haec definitio itidem genetica, id quod ideo notes, quia Cel. Walchii expeditio hoc modo corruit.

DCCXCI. PLACERE dicitur nobis id, ex quo voluptatem capimus. DISPLICERE vero dicitur id, ex quo taedium percipitur.

DCCXCII. PVLCHRVM dicitur id, quod plauerit.

DCCXCIII. DEFORME dicitur id, quod displaceat.

DCCXCIV. PVLGHRITVD O est rei aptitudo producendi in nobis voluptatem, sive: est perfectio, sensibus percepta.

Conf. ea, quae in Ontologicis ad definitionem *perfectio-* monuimus.

DCCXCV. PVLCHRITVD O VERA est, quae ex perfectione vera oritur. PVLCHRITVD O APPARENS est, quae oritur ex apparente.

DCCXCVI. DEFORMITAS REI est aptitudo, in nobis taedium producendi, sive: est imperfectio, sensibus percepta.

138 DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE.

DCCXCVII. VOLVPTATES SENSUVM, siue DELECTATIONES SENSALES dicuntur, quae ex sensationibus ortum trahunt.

DCCXCVIII. BONVM est, *quicquid nos, nonrumque statum perficit.*

Medicina e. gr. bonum quid est, quatenus statum corporis perficit, i. e. illud sanum reddit, & sanum conseruat.

DCCXCIX. BONVM INTERNVM est, quod statum internum perficit.

DCCC. BONVM VERVM est, quod reuera nos statumque nostrum, perficit. BONVM autem APPARENS est, quod nos, statumque nostrum tantummodo perficere videtur.

DCCCCI. MALVM est, *quicquid nos, statumque nostrum imperfectiores reddit.* Si statum internum imperfectiorem reddit, dicitur MALVM INTERNVM, EXTERNVM, si statum externum imperfectiorem reddit.

Intelligis quoque hinc quid sit malum verum & apparens.

DCCCCII. Ex A SEQVITVR B PER SE, si in A ratio sufficiens continetur, cur inde sequatur B.

DCCCCIII. Ex A SEQVITVR B PER ACCIDENTS, si in A non continetur ratio sufficiens, cur inde sequatur B, sed potius in alio, quod eidem aliunde superaccedit, non tamen necessario.

DCCCCIV. APPETITVS IN GENERE est inclatio animae ad obiectum, pro ratione boni in eadem percepti.

Poterat hic nonnullos vox Metaphorica *inclinatio*, offendere, cum proprie animae nulla vñquam tribui possit inclatio. At si, quid Wolfius intelligi velit per inclinationem in rela-

relatione ad animam, noueris, nihil quod improbe, habebis. Est scilicet *inclinatio respectu animae conatus nouas sensations habendi*. *Reclinatio autem est conatus sensationes impediendi*.

**DCCCV. APPETITVS SENSITIVVS** dicitur, qui oritur ex idea boni confusa.

Sic cum in ludo grata multa senseris, appetitu sensitivo rapieris posthac ad ludum, quem tibi, tanquam bonum quid, confuse praesentas.

**DCCCVI. AVERSATIO IN GENERE** est *reclinatio animae ab obiecto, pro ratione mali, in eodem percepti*.

**DCCCVII. AVERSATIO SENSITIVA** est, quae oritur ex idea mali confusa.

Sic e. gr. Si Caius medicamentum amarum gustauerit, tunc auerabitur illud. Quae auersatio est sensitiva, ex representationibus sensualibus orta.

**DCCCVIII. FACULTATIS APPETITIVAE PARS INFERIOR** est appetitus sensitivus cum auersatione sensitiva.

**DCCCIX. INDIFFERENTES** esse dicimus, si nec appetimus, nec auersamur obiectum cognitum.

E. gr. Si Caius, qui Theologiae operam dat in tabernam librariam ingressus fuerit, ibique deprehenderit librum chymicum, indifferens erit, cum nec appetat illum librum, nec aueretur.

**DCCCX. AFFECTVS** sunt actus animae, quibus quid vehementer appetit vel auersatur, vel sunt actus vehementiores appetitus sensitivus & auersationis sensitivae. vid. *dissertat. nostra de statu seruitut. moralis*, Vitemb. 1733. habita §. 39.

**DCCCXI. AFFECTVS IVCUNDI** sunt, qui in appetendo consistunt, sive, qui cum magno voluntatis gradu coniunguntur.

Talis

Talis affectus est affectus gaudii, item affectus acquiescentiae in semet ipso.

DCCCXII. AFFECTVS MOLESTI sunt, qui in auersando consistunt, seu cum insigni taedii gradu coniunguntur.

Talis est affectus poenitentiae, metus, terroris &c.

DCCCXIII. AFFECTVS MIXTI sunt, qui ex iucundis & molestis constant, seu: in quibus voluptas ac taedium inuicem permiscentur.

Qualis est affectus amoris, item irae.

DCCCXIV. GAUDIVM dicitur voluptatum insigne praedominium.

Fac, Caium comperire, sibi spartam honorificam & lauantam superioribus, post diuturnam expectationem, collatam esse, fac porro, eo temporis articulo, quo se dignitati admotum comperit, admodum contristari ob iudicia sinistra, a Sempronio de ipso lata, tunc, ob collatam dignitatem, tanta perfundetur voluptate, vt omnis taedii obliuiscatur. In quo casu praedominari vides voluptatem, adeoque gaudere tunc dicitur Caius.

DCCCXV. TRISTITIA est praedominium insigne taedii. Siue genetice ita definire tristitiam poteras: Est affectus, qui in nobis oritur ex opinione rei praesentis, quam nobis consule, tanquam magnum malum, repraesentamus.

DCCCXVI. AMOR est dispositio animae ad percipiendam voluptatem ex alterius felicitate.

Est haec definitio eiusmodi, vt multis conclusionibus sit foecundissima, id quod demonstravi in *dissert. de obligatione naturali ad amorem erga inimicos* §. 38. Cur vero *Wolfius* utatur voce *dispositionis*, eius quidem rei rationem reddit in *Psych. Lat. empir.* §. 633 Fert. inquit, *vsus loquendi, ut ipsam dispositionem amoris nomine indigimus*, cum amorem tribunmus illi, qui non actu commoueretur, nisi ubi sentit alterius felicitatem. *Wolfius* §. 649. realem adhuc siue geneticam amoris

## DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE. 141

ris definitionem tradit, cum amorem, ratione ortus sui consideratum, ita definit: *Amor* est affectus, qui oritur ex eo, quod quid in altero obseruamus, quod nobis placet.

DCCCXVII. FELICITAS est status, quo voluptas vera perdurat.

Definimus hic felicitatem veram, & qualis esse debet ad differentiam apparentis, quae est status, quo quis voluntate apparente fruiatur.

DCCCXVIII. INFELICITAS est status, quo taedia perdurant.

DCCCXIX. ODIVM est dispositio animae ad voluptatem percipiendam ex alterius infelicitate.

Definitio haec est nominalis. Realiter siue genetice odium definiri potest: *Odium* est affectus, qui oritur ex eo, quod quid in altero obseruamus si quod nobis displicet, seu si quid in altero nobis represeentamus, tanquam malum, praesertim respectu nostri.

DCCCXX. COMMISSERATIO est tristitia, ex alterius infelicitate percepta.

Cum, Titum graui confliciti morbo, percipis, & ideo contristaris, commiseratione tangi diceris. *Commiserationis* definitio realis siue genetica haec est: *Commiseratio* est affectus, qui oritur, si alterum indignum iudicamus aulo, quo affligitur.

DCCCXXI. INVIDIA est tristitia ex alterius felicitate percepta.

Sic, cum Caius percipit Titum, quem odit, per amplam spartam esse consecutum, contristabitur ob eius felicitatem. Quo in casu Caius dicitur corripi inuidia. *Inuidia* genetice & realiter ita definitur: Est affectus, qui oritur, si alterum indignum iudicamus bono quo potitur vel fruatur. conf. de hoc affectu Burgmanni dissertat. de inuidientia eruditorum licita.

DCCCXXII. IRRISIO est gaudium, ex eo perceptum, quod opinione nostra alteri vicio verti potest, vel famam eius quomodo cunque laedit.

Gene-

142 DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE.

Genetice & realiter *irrisio* ita definitur: *Irrisio* est affectus, qui oritur ex eo, quod alterum iis dignum existimamus, quae opinione nostra tamam eius laedunt, aut ei quomodo-  
cumque aduerteruntur.

DCCCXXIII. *Risus* nascitur ex iis, quae nostra opinione absurdia sunt.

DCCCX IV. *Acquiescentia* in se ipso est gaudium ob bonum, quod patraimus.

DCCCXXV. *Poenitentia* est tristitia ex eo, quod a nobis male, vel minus recte factum existimamus, ortum, vel sicutem taedium inde perceptum. Breuius: *Poenitentia* est tristitia ob malum, quod patraimus.

DCCCXXVI. *Gloria* (die Ruhmbegierde) est gaudium, quod percipitur ex aliorum de nobis nostrisque benigno iudicio.

DCCCXXVII. *Pudor* est tristitia, quae percipitur ex sinistro aliorum de nobis nostrisque iudicio.

Definitio realis sine genetica pudoris haec est: *Pudor* est affectus, qui oritur, si mala, quae fecimus, vel nobis sunt, aliis innotescere, ac ab iis agnoscere, nobis repraefentamus.

DCCCXXVIII. *Gratitudo* s. *Animus Gratius* est amor benefactoris ob beneficia.

*Gratitudo*, ut virtus, considerata, ad philosophiam morallem pertinet. In psychologicis consideratur illa, ut amoris quaedam species, adeoque ut affectus. Definitio realis sine genetica gratitudinis haec est: est affectus, qui oritur, si beneficium, ab altero in nos collatum, quatenus id alter in nos contulit, placet.

DCCCXXIX. *Favor* est amor alterius ob bonum, quod ipsi tanquam singulare consideramus, in primis ob mores ac habitus animae nobis acceptos.

DCCCXXX.

DCCCXXX. SPES est voluptas ex bono obtinen-  
do (sive futuro) percepta.

DCCCXXXI. FIDUCIA est insignior gradus  
spes.

Spei definitio realis sequens est: *Spes* est affectus, qui oritur, si quod bonum nobis repraesentamus, tanquam obtentu possibile. *Fiducia* vero est affectus, qui oritur, si bonum aliquod nobis repraesentamus, tanquam obtentu admodum facile.

DCCCXXXII. CUPIDITAS est praegustus voluptatis, vel gaudii ex bono absente, quod nobis praesens esse mallemus.

E. gr. Si vides librum, qui tibi placet, tibique insimul repraesentas voluptatem, ex hoc libro percipiendam, mox affectu fereris in librum, qui affectus dicitur *cupiditas*.

DCCCXXXIII. FUGA MALI vel FUGA simpli-  
citer est praegustus taedii, vel tristitiae, ex malo ab-  
sente percipiendae, si nobis praesens fieret.

E. gr. Si medicamentum oblatum ingratum Titio est, tunc Titius taedium praesentit, quod inde percepturus esset, si me-  
dicamentum secum sumeret, hinc medicamentum fugit.

DCCCXXXIV. METVS est taedium ex malo  
aduenturo perceptum.

DCCCXXXV. DESPERATIO est tristitia ex  
opinione mali aduentantis, praesertim intolerabilis  
visi, percepta: sive: est tristitia intolerabilis super ma-  
lo imminente.

Metus definitio realis est haec: *Metus* est affectus, qui oritur, si quod malum nobis tanquam euentu possibile re-  
praesentamus. Distinguit Wolfius *merum a timore, & timo-*  
*rēm* vocat taedium ex malo appropinquante, vel ex opinio-  
ne mali appropinquantis ortum. *Desperatio* genetice ita de-  
finitur: est affectus, qui oritur, si nobis malum repraesenta-  
mus, tanquam ineuitabile, imprimis, vbi simul idem nos  
repraesentamus, tanquam intolerabile.

DCCCXXXVI.

DCCCXXVI. TERROR est nimia tristitia ex aduentu mali improviso orta.

DCCCXXXVII. VACILLATIO sive FLUCTUATIO animi est alternatio voluntatis atque taedii super bono, quod, an obtentu possibile sit, reperiire non possumus.

Definitio realis haec est: *Fluctuatio animi* est affectus, qui oritur ex ignorantia mediorum vel electionis aut executionis eorumdem. E. gr. offertur munus, multae autem adhuc absunt difficultates ex parte altera, quae metum in Caio excitant, ex parte autem altera rationes comparent, quae spem rursus excitant in Caio, f. re. ut obtineat munus. Hoc in casu quo inter spem & metum versatur Caius, tribuitur Caio fluctuatio animi.

DCCCXXXVIII. HORROR est metus, qui oritur ex representatione mali, tanquam ingentis.

DCCCXXXIX. PVSILLANIMITAS est tristitia, orta ex difficultate boni, quod cupimus, obtinendi.

DCCCXL. ANIMOSITAS est praedominium cupiditatis ac spei vincentis metum, ex difficultate boni obtinendi ortum.

Definitio genetica sive realis animositatis sequens est: *Animositas* est affectus, qui oritur, si difficultates obtinendi boni, quod cupimus, perpendentibus videantur superabiles, aut superato non prorsus impossibilis.

DCCCXLI. DESIDERIVM est taedium ex mora boni venturi, quod speratur, perceptum.

DCCCXLII. HILARITAS est gaudium, ortum ex eo, quod malum sit praeteritum.

E. gr. Cum liberatus fueris magno morbo dicas: Ich bin recht froh, daß die Krankheit vorüber. Hoc gaudium, ex malo finito ortum, dicit Woltius hilaritatem.

DCCCXLIII;

DCCCXLIII. FASTIDIVM est taedium, perceptum ex eo, ex quo ante voluptatem percipiebamus.

DCCCXLIV. IRA est taedium insigne, ortum ex iniuria, nobis vel aliis illata, coniunctum cum odio eius, qui eam intulit.

Wolfius notionem irae ita determinat, ut ad eam constituant requiri odium personae. Ex quo inferitur iram semper esse affectum per se malum. conf. Elegans dissertat. Cl. Schlosseri de morali aestimatione irae. Vitemb. 1727. habit.

DCCCXLV. CUPIDITAS VINDICTAE est cupiditas mali alterius, propterea quod ipsum consideramus, tanquam caussam mali, nobis praesentis. Siue: est cupiditas, malum malo compensandi.

DCCCXLVI. INDIGNATIO (das Wöse sehn) est affectus, qui oritur, si taedium quidem percipimus ex iniuria, nobis ab altero illata, a vindictae tamen cupiditate alienum habemus animum.

DCCCXLVII. APPETITVS RATIONALIS (voluntas stricte sic dicta) est inclinatio animae ad obiectum, orta ex distincta boni representatione.

DCCCXLVIII. AVERSATIO RATIONALIS (NOLVENTAS) est reclinatio animae ab obiecto, orta ex distincta mali representatione.

DCCCXLIX. VOLITIO est ipse actus volendi.

DCCCL. NOLITIO est ipse actus nolendi.

Hic opponitur volitio voluntati, ut actus potentiae, sive facultati. Voluntas enim, ut potentia spectata, est facultas appetendi bonum.

146 DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE.

DCCCLI. MOTIVUM est ratio sufficiens actuum volitionis & nolitionis.

Ingressus e gr. in tabernam librariam, hunc potius cupis & appetis librum, quam alium, nemcunque. Debet adesse ratio suff. ex qua intelligi & explicari queat, cur hunc potius appetas librum, nec potius alium. Si scilicet, multa commoda, ex libro cupito in te redundatura, tibi repraesentas, tunc repraesentatio commodorum est motuum.

DCCCLII. REGULAE APPETITVS dicuntur, quas anima obseruat in appetendo.

DCCCLIII. LEX APPETITVS dicitur principium generale regularum appetitus.

Lex autem appetitus est haec propositio: Quicquid nobis repraesentamus, tanquam bonum, quoad nos, id appetimus.

DCCCLIV. REGULAE AVERSATIONIS sunt, quas anima obseruat in auersando.

DCCCLV. LEX AVERSATIONIS est principium generale regularum auersationis.

Lex autem auersationum est haec propositio: Quicquid nobis repraesentamus, tanquam malum, quoad nos, id auersamur.

DCCCLVI. CONSENSUS APPETITVS SENSITIVI RATIONALIS est tendentia vtriusque ad idem obiectum.

DCCCLVII. APPETITVS FORTIS dicitur, si ab appetitione nos non facile dimoueri patimur.

DCCCLVIII. CONSENSUS AVERSATIONIS RATIONALIS ET SENSITIVAE est, si versatur circa idem obiectum.

DCCCLIX. MOTIVA COMPLETA sunt, si omnes rationes expendimus, ob quas obiectum ad

ad appetendum vel auersandum propositum iudicatur vel bonum vel malum. Si aliquas tantum expendimus, dicuntur *motiva incompleta*.

DCCCLX. VOLVNTAS ANTECEDENS est appetitus fationalis, qui oritur ex motiis incompletis. VOLVNTAS CONSEQUENS est, qui oritur ex motiis completis.

E gr. Si quis, ob coeli serenitatem, sanitatisque conseruationem iter medi atur Lipsiam, tunc vult illud ipsum iter, obrationes & motiva dicta. Cum autem negotia, quae adhuc expedienda sunt, & quibus obrutus est, expedit, iter suscipere non vult, sed potius domi commorari. *Antecedens* hic oritur *voluntas*, nondum ponderatis omnibus circumstantiis particularibus, adenque ex motiao incompleto: *consequens* vero nascitur, spectatis circumstantiis particularibus, adeoque ex motiis completis.

DCCCLXI. CONSVERVD O AGENDI dici-  
tur habitus agendi ex determinatione praeterita, seu ea, quae fit vi motiiorum praeteritorum, quatenus confuse perceptorum memoriam habentur.

Exemplum onusuerudinis istiusmodi est, cum quis singulis horis matutinis vitium adustum bibit, quotidianam saepius secum sumat. Hic, qui cotisuerudine agendi ad bibendum determinatur, non inquit, num potus ille saltuaris sit at perniciosus. Sed tantum bibit, quia saepius iam bibit, & quia iucunditatem eius vini olim persensi, nunc autem istius iucunditatis, olim perceptae, cotif. se & saepe quoque obscure recordatur.

DCCCLXII. VOLVNTATEM COGERE idem est, ac vi quadam externa animati determinare ad appetendum vel auersandum.

DCCCLXIII. NOLVNTATEM COGERE idem est, ac vi quadam externa eam adigere ad nolendum.

DCCCLXIV. SPONTANEITAS est principium, sese ad ad agendum determinandi intritum.

Sic, cum, missis studio theologicis, ad iurisprudentiam te confers, sponte studium iuris amplecti diceris, quia te ipsum ad hoc studium excolendum determinas.

DCCCLXV. ACTIONES dicuntur SPONTANEAE, quatenus per principium sibi intrinsecum, sine principio determinandi extrinseco, agens easdem determinat.

Talis actio est, cum te determinas ad iurisprudentiam. Eiusmodi actiones competit etiam brutis.

DCCCLXVI. MOTVS CORPORIS VOLUNTARII sunt, qui pendent a voluntate animae. INVOLUNTARII appellantur, qui ab eadem non pendent.

Ita pedum motus est motus voluntarius, palpitatio cordis est motus inuoluntarius.

DCCCLXVII. LVBENTER FACERE dicimur, quando facimus, quod nobis placet. MINVS LVBENTER FACERE dicimur, quando facimus, quod in se spectatum nobis displicet.

DCCCLXVIII. ANIMAE LIBERTAS est facultas ex pluribus possibilibus sponte eligendi, quod ipsi placet, cum ad nullum eorum per essentiam determinata sit.

De hac libertatis notione legi possunt Cl. Schlosseri theses de genuina libertatis notione. Wagneri tract. Von der Freyheit. Bülfingeri dilucidat. §. 301.

DCCCLXIX. INDIFFERENTIA EXERCITII appellatur ille status animae, quo ipsa indifferens est ad agendum, vel non agendum.

DCCCLXX. REGIMENTUM CORPORIS est facultas, ex pluribus motibus voluntariis, per structuram corporis possibilibus, libere determinandi eum, qui actum consequi debet.

Hacte-

Hactenus definitiones, ex psychologia empirica defumtae. Nunc sequuntur definitiones ex Psychologia rationali.

**DCCCLXXI. MONISTAE (PHILOSOPHI)**  
dicuntur illi philosophi, qui unum tantummodo substantiae genus admittunt.

Dicuntur *a μόνος* solus, unicus. Tales sunt, qui, vel non nisi corpora, vel non spiritus existere, affirmant.

**DCCCLXXII. MATERIALISTAE** dicuntur philosophi, qui tantummodo entia materialia, siue corpora existere, affirmant.

Inter hos materialistas referuntur *Hobbesius & Cowardus*.

**DCCCLXXIII. IDEALISTAE** dicuntur, qui non nisi idealem corporum in animabus nostris existentiam concedunt.

Inter idealistas nomen suum recentius professus est *Georgius Berckely*, Collegii Trinitatis quod Dublini in Hibernia est, Socius, in tribus Dialogis, anglico idiomate conscriptis de immaterialitate animae, immediata Prudentia Numinis & realitate & perfectione cognitionis humanae. Londini A. 1713. in 8. conf. *Pfaffius in orat. de Egoismo*, & *Schloesser im Sendschreiben an die philos. Gesellschaft in Wittenberg vom Idealismo*, Hanov. 1730. 4.

**DCCCLXXIV. EGOISTAE** sunt, qui non nisi sui, quatenus nempe anima sunt, existentiam realem admittunt.

**DCCCLXXV. DUALISTAE** sunt, qui & substantiarum materialium & immaterialium existentiam admittunt, h. e. & corporibus realem extra ideas animarum existentiam concedunt, & animarum immaterialitatem defendunt.

**DCCCLXXVI. DOGMATICI** sunt, qui veritates vniuersales defendunt, seu quid affirmant vel negant in vniuersali.

## 150 DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE.

DCCCLXXVII. SCEPTICI sunt, qui metu erroris committendi veritates vniuersales insuper habent, seu nihil affirmant, nihil negant in vniuersali,

DCCCLXXVIII. IMAGO IN GENERE est representatio quaelibet compositi,

DCCCLXXIX. IMAGO MATERIALIS est representatio compositi in composito. IMAGO IMMATERIALIS est representatio compositi in simplici,

DCCCLXXX. PICTVRÆ sunt representationes compositi in superficie,

DCCCLXXXI. SCVLPTVRÆ sunt representationes in solido,

DCCCLXXXII. SPECIES IMPRESSA est motus ab obiecto sensibili organo impressus,

DCCCLXXXIII. IDEA MATERIALIS est motus, inde ab obiecto sensibili ad cerebrum propagatus,

DCCCLXXXIV. ANIMA dicitur intueri ideam vniuersi, quatenus nonnulla, quae eidem insunt, clare percipit,

DCCCLXXXV. PERCEPTIONES ORDINATAE appellantur, quae representant res constantes ordine sibi inuicem succedentes. INORDINATAE dicuntur, quae representant res, nullo ordine se inuicem consequentes,

DCCCLXXXVI. CAMPVS PERCEPTIONUM dicitur multitudo perceptionum simultanearum,

DCCCLXXXVII

**DCCCLXXXVII.** **S E N V S A C V I .** dicuntur, si efficitur, ut clare aut distincte percipiat, quae antea obscure vel confuse precipiebat.

Hinc videt, vel maxime per telescopia & microscopia acui visum, cum, ope illorum, ea, quae antea distingui non poterant, distinguere liceat.

**DCCCLXXXVIII.** **M E M O R I A S E N S I T I V A (A N I M A L I S)** est facultas, ideas reproductas & res, per eas repraesentatas, confuse recognoscendi. **I N T E L L E C T U A L I S** vero memoria est facultas, ideas reproductas distincte recognoscendi.

Ilam homo cum bruts habet communem, haec vero homini nonnisi propria est.

**DCCCLXXXIX.** **M E M O R I A L A E D I** dicitur, quando ad functiones suas, seu ad eliciendum actum inepta redditur,

**DCCCXC.** **R A T I O C I N I A P R I M I T I V A** - appellantur, quae ex aliis se prioribus ortum minime ducunt, seu, quae in alia simpliciora resolui non possunt. **D E R I V A T I V A** vero sunt, quae in alia simpliciora resolui possunt,

Ad ratiocinia primitiva pertinent syllogismi categorici, ad deriuativa refertur sorites, vtpote qui ex pluribus syllogismis in unum contractis constat.

**DCCCXCI.** **I M B E C I L L I T A S I V D I C I I** est impotentia iudicandi ex defectu notionum vniuersalium, ad iudicia discursiva requisitarum.

**DCCCXCII.** **V s v S R A T I O N I S** est potentia actus eliciendi, ad intuitum nexus veritatum vniuersalium necessarios.

Auctor autem hic intelligit potentiam proximam, qua anima actus illos elicere potest, quando voluerit, & quando occasio ita tulerit. Ipsa autem ratio, tanquam facultas

## 154 DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE.

spectata, nobis inest per potentiam remotam, ita ut eidem equidem non repugnat actus, ad intuitum nexus veritatum vniuersalium requisisti, non tamen eosdem elicere possit, nisi aliae praecedant animae modificationes.

**DCCCXCIIL THEORIA** est veritatum vniuersalium complexus.

Sic Theoriam legis habet, cui veritates vniuersales de eadem sunt cognitae.

**DCCCXCIV. PERCEPTIONEM PRAEVIDERE** dicimur, quatenus nobis concii sumus, nos eam habere posse.

Si nquerimus, amicum, qui per aliquod tempus absens fuerit, iam factum fuisse reducem, nobis concii sumus, nos eum adire, & colloquia cum ipso miscere posse.

**DCCCXCV. SYSTHEMATA EXPLICANDI COMMERCIVM INTER ANIMAM ET CORPVS** dicuntur hypotheses philosophorum, quas exco-gitarunt ad rationem reddendam commercii, inter animam & corpus intercedentis.

Cum vero tres potissimum hypotheses in medium protulerint, tria quoque systemata dantur explicandi commercivm inter animam & corpus. Alterum est systema influxus physici, siue Aristotelicum, alterum systema caussarum occasionalium, siue Cartesianum alterum systema harmoniae praefabilitae, siue Leibnitianum.

**DCCCXCVI. HARMONIA MENTIS ET CORPORIS** appellatur explicabilitas perceptionum animae, per mutationes in corpore contingentes, & motuum voluntariorum in corpore per volitiones ac nolitiones animae, vel etiam appetitiones atque auer-siones eiusdem.

Obs. I. Explicabilitas vero ista consistit in hoc, quod existentia, quae in corpore coningunt, intelligatur, cur tales iam sint animae perceptiones, ex appetitionibus vero ac auer-sationibus sensivis siue rationalibus, cur istiusmodi iam in corpore siant motus spontanei vel voluntarii,

Obs.

Obs. II. Sic e. gr. si rationem reddere potes, qui fiat, ut, cum vis huc nec illuc pedem mouere, pes moveatur ad decretaum animae huc nec potius illuc, explicas harmoniam mentis & corporis.

DCCCXCVII. PHYSICE INFVERE dicitur substantia vna in alteram, si quaedam realitas, quae inerat vni substantiae, transfertur in alteram, cui ante non inerat.

Talis influxus statuitur in motu duorum globulorum. Cum enim globulus A in globulum-B quiescentem incurrit, eundemque mouet, post conflictum globulus A minorem vim habet, quam ante eundem, & globulus B, qui in quiete vi istiusmodi destitutus erat, post conflictum aliquam accipit,

DCCCXCVIII. CORPVS nostrum organicum PHYSICE INFVERE dicitur in ANIMA, quatenus ex corpore quaedam in animam transferuntur realitas, quae, cum ante corpori inesset, nunc insit animae.

DCCCXCIX. ANIMA PHYSICE INFVERE dicitur IN CORPVS, quando in idem transfert quandam realitatem, quae ante non inerat.

DCCCC. SYSTEMA INFVXVS PHYSICI dicitur, quo commercium inter mentem & corpus explicatur per influxum physicum corporis in animam, & animae in corpus, seu, quod perinde est, per actionem corporis in animam, qua corpus in animam influit, & per actionem animae in corpus, qua anima in corpus influit.

Plures de hoc systemate commentati sunt, legi tamen prae ceteris poslunt Verdries in commentat. de aequilibrio mentis & corp. 1726. Giess. Cel. Gottsched in vindit. System. influx phys R. Andala in diff. de unione mentis & corpor. physica, non metaphys. Halae recus. 1724. Bülfinger in dilucidat. §. 321. Iqq.

## 154 DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE.

DCCCCI. INFUXIONISTA dicitur, qui systema influxus physici defendit,

Tales sunt Aristotelico-Scholastici, & nonnulli nostrae aetatis philosophi, non vero totum genus humanum systema illud semper defendisse dicendum est, vt Vener. Langius existimat. Cartesiani enim sine dubio quoque ad genus humanum pertinent,

DCCCCII. SYSTEMA CAVSSARVM OCCASIONALIVM dicitur, quo commercium inter mentem & corpus explicatur per modificationes harmonicas immediate a Deo factas, seu per voluntatem Dei generalem & certis legibus liberrime adstrictam,

Hoc systema, quod etiam *systema assistentiae* alias appellatur, defenderunt Carteliani, nominati. Malebranchius, De la Forge, & recentiori aetate Sturmius, conf. Rüfänger, in diluc. dat. §. 321. sqq. Gottsched in diff. 2. vindic. System. influx. Elswich. in diff. recentiores de anima controu. Vit. 1717.

DCCCCIII. CAVSSAE OCCASIONALES dicuntur, quae vi agendi propria destituuntur, Deo tamen agendi occasionem praebent.

DCCCCIV. OCCASIONALISTA dicitur, qui systemate caussarum occasionalium in explicando commercio, inter animam & corpus intercedente, vtitur, tum etiam, qui corpora in motus communicatione ac conseruatione instar caussarum occasionalium considerat.

DCCCCV. SYSTEMA HARMONIAE PRAESTABILITAE dicitur, quo commercium animae & corporis explicatur per seriem perceptionum atque appetitionum in anima, & seriem motuum in corpore, quae per naturam animae ac corporis harmonicae sunt, seu consentiunt.

Systema hoc quoque dicitur Leibnizianum, propterea, quod a Leibnitio primum inuentum est, & ab ipso in Journal des Savans cum eruditis fuit communicatum. Anno 1695. p.

444. Hoc systema Leibnitianum, ab exteris & domesticis eruditis impugnatum, postea *Wolfius* 1720. in Metaphys. Germ § 765 proposuit, & tanquam probabile assumuit. Hunc secutus *Büsingerus*, idem systema explicauit & defendit in commentar. hypothet. de *Harmonia animi & corpor. humani maxime praestabilita*, anno 1723, edit. item in dilucidat. § 321. sqq. & in epist. Amoeb. Post Büsingерum complures aliis huius systemati sibi scripsisse, constat. E. gr. *Thümmigius*, *Marquardt* in diss. de *Harm. praest. Regiom* 1722. *Hanschius* in princ. phys. *Leibn.* Frf. 1728. 4. *Riebouius* in der fernen Erläuterung. *Anonymous*, (quem *Mullerum* alii, atii aliud esse aicunt) in commentar. de *Deo, anima &c.*

Qui vero systema hoc impugnarunt, numero plures sunt, praecepit inter exteris sibi *Foucherius*, *Bailius*, *Lanius*, *Tournemine*, *Neuron*, *Clarck*. Inter nostros vero eruditos, praeter unicum & agnatum, systema hoc impugnarunt, *Wucherer* in *duabus diss. de Harmonia mentis & corpor. humani stabilitamento orbata* 1724. *Hollmann* in *dissert de Harm. praest. Nürnberg* 1724, item Auctio scripto; *Die mit ihr selbst streitende Harmonia der neuen Weltweisen, zu Erläuterung der unter ihnen über die so genannte harmoniam praestabilitam waltende Streitigkeiten entworffen* 1724, cont. W 1 h., ex ii. *Harmonie zwischen Seel und Leib.*

DCCCCVI. HARMONIST A dicitur, qui systemate harmoniae praestabilitae vtitur in explicando commercio, inter animam atque corpus intercedente, tum etiam in motuum communicatione ac conseruatione.

Tales Harmonitao plerumque esse putantur illi, qui Wolfrano systemati fauent. At experientia docuit, exemplo Cel. Gottscheldi aliorumque, *Wolfii* aliquem systema legitimo nexu posse defendere, & nihilo minus Harmoniam praestab. reiicere,

DCCCCVII. SPIRITVS est substantia intellectu & voluntate praedita.

Non itaque synonyma sunt *spiritus* & *ens simplex*, cum ad notionem spiritus completam plura requirantur, quam sola immaterialitas. Id quod obseruare debuissent, qui, cum *Wolfius*, omnia composita constare ex entibus simplicibus assue-

## 156 DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE.

asseueret, ipsi imputant, se, omnia corpora ex spiritibus coagmentata esse, affirmare. Ridicule profecto!

DCCCCVIII. SPIRITVS P E R F E C T I S S I M V S est, qui intellectu perfectissimo & voluntate perfectissima gaudet.

DCCCCIX. INTELLECTVS P E R F E C T I S S I M V S dicitur, qui omnia possibilia sibi repraesentat distincte.

Bülfingerus in dilucidat. §. 273. & alii adhuc requirunt ad notionem intellectus perfectissimi, vt omnia possibilia distincte & NB. actu simultaneo, non successiue, sibi repraesentet.

DCCCCX. VOLVNTAS P E R F E C T I S S I M A dicitur, quae non appetit, nisi optimum.

DCCCCXI. CORRVMPI dicitur, quod dissolutione in partes dissoluitur. CORRVTIBILE dicitur, quod ita interire potest. INCORRVTIBILE est, quod corrumpi nequit.

DCCCCXII. SAPIENTIA est scientia, actionibus liberis fines, naturae suae conuenientes, praescribendi, & media ad eos ducentia eligendi, finesque particulares ita sibi inuicem subordinandi, vt propiores fiant media remotiorum. Siue, est scientia cum finibus optimis connectendi media optima, vel, quod idem est: est scientia, subordinandi sibi fines & media.

Leibnitius definit sapientiam per scientiam felicitatis, cf. Bülfinger in tr. de Origine mali §. 212. sqq. & in dilucidat. §. 441. item Syrbiischesdiasma de definitione sapientiae. Jen. 1707. edit.

DCCCCXIII. FINIS OPTIMVS dicitur, qui agenti exesse conuenit, hoc est, qui ceteris praeferrendus agnoscitur, vbi ad omnes determinationes, quae

quae agenti insunt, vel extrinsecus superaccedunt, respexeris.

DCCCCXIV. Ex. *Ass e* dicitur agens **C O N S E Q V I F I N E M**, si vi mediorum ad actum perducantur ea omnia, quibus (sc. finis) constituitur.

DCCCCXV. **C R E A T I O** est productio ex *nihil*, seu non praecoxiente.

*Formale creationis*, inquit Bülfingerus, illud est, quod loco nibili a causa efficiente praestatur aliquid; quod agens infinita praeditum virtute, illi, quod de se nibil esset, existentiam a sua distinctam largitur; ubi igitur realitatem existentiae ab alio habet id. quod ex se nillam haberet existentiam. conf. diluc. §. 189. & sequentes. Item Canz. in usu philos. Leibnit. in Theol. in Loc. de creatione.

DCCCCXVI. **C R E A T I A N I** appellantur, qui ortum animae per creationem defendunt.

Tales Creatiani, praeter complures Patres, & Scholasticos medii aeui, fuerunt posteriori tempore, Stahlius, Zeifoldus, cuius controversiae, hac de re cum Sperlingio agitatae, sati notae sunt, Calixtus, Horneius, Dreierus, Zeidlerus, alii. vid. Elswichii recentiores de anima controversiae. §. 29. p. 46. fqq.

DCCCCXVII. **P R O P A G A T I O A N I M A E** PER **T R A D U C E M** est generatio animae, a parentibus facta, siue est animae ex corpulentis seminibus ortus.

DCCCCXVIII. **T R A D U C I A N I** dicuntur, qui propagationem animae per traducem defendunt.

Inter Traducianos referuntur, praeter *Tertullianum* aliquaque plures Patres, multi theologi philosophique recentiorum temporum e. gr. Thummius, Dorischeus, Calouius, Hildebrandus, Meisnerus, Sennertus, Sperlingius, alii. vid. cit. disp. Dni. de Elswich.

DCCCCXIX. **M O R S** est status corporis, quo organa ipsius in universum omnia a functionibus suis plenarie cessant.

Haec

## 158 DEFINITIONES PSYCHOLOGICAE.

Haec notio mortis est experientiae, iterumque usi loquendi admodum conueniens. Quae de exilio mortis Leibniz anno recentius disputata sunt, videri possunt in *Hanschii principiis philosophiciis*. p. 171. & *Bülfingeri* dilucidat. § 366 & 367. conf. *Pfaffii Schediasma de morte naturali*.

DCCCCXX. IMMORTALITAS ANIMAE est potentia perseverandi a morte corporis in statu perceptionum distinctiarum & conservandi memoriam sui.

Tria Wolfius ad notionem completam immortalitatis constituantur a) perseverantiam post mortem corporis, sive indestructibilitatem, b) statum perceptionum distinctiarum, c) statum personalitatis sive eiusmodi statum, quo anima vitae praeteritatem conservat, sive memor sit, eam ad se vertire. vid. *Thümmigii dissert. de immortalitate animae ex intima eius natura demonstrata*. Si plures, qui de immortalitate animae certitudini fuit, conferre lubet, evoluas *Fabricium in delectu argumendorum, & syllabos scriptorum, qui veritatem religionis Christianae afferuerunt*, cap. 18. p. 425.

DCCCCXXI PERSONA dicitur ens, quod memoriam sui conservat, hoc est, meminit, se esse idem illud ens, quod ante in hoc vel illo fuit statu.

Veteres personam definiebant per suppositum intellectu praeeditum suppositum autem ricebant substantiam singularem, completam, incommunicabilem, non aliunde justificatam conf. *Hebenstreitii Philos. Primi* p. 25. *Wius* suam cum veterum definitione conciliare conatur et in *Psychol. Lat. rat* p. 66a.

DCCCCXXII. BRUTA PERTECTIORA sunt, quibus quinque sunt organa sensoria. BRUTA vero IMPERFECTORA sunt, quibus pauciora.

Ita animalia imperfectiora sunt ostreae, cochleae, muscae, formicæ, & insecta alia.



DEFI-

# DEFINITIONES THEOLOGICAE NATURALIS.

DCCCXXIII.

**E**NS A SE dicitur, quod existentiae suae rationem in se ipso habet, i. e. quod per essentiam suam determinatur ad existendum.

**DCCCXXIV.** D E U S est ens a se, in quo continetur ratio sufficiens existentiae contingentium, h. e. mundi, elementorum atque animarum, siue, quod idem est, *Deus est illud ens, quod est causa bivius mundi.*

Obs. I. Est haec definitio nominalis, quam Wolfius de Deo tradit. Definitionem enim realem de Deo dari posse, ipse negat in Logic. §. 47. c. I. Recenset itaque Wolfius alias tantum notas characteristicas (omnes enim enumerare non opus est.) quibus Deus ab omnibus aliis rebus queat discerni.

Obs. II. Contra hanc definitionem, qua Wolfius per Deum id ens a se intelligit, quod a mundo distinctum, est causa mundi, Langius nonnulla manuit, quaे vero, dici vix potest, quam cito in famum abeant, si recte expendantur. a) obiicit vir acutus. cadere quoque hanc definitionem in animam huminam, conf. *Anatome System.* Wolfiani p. 73. Sed resp. Quis inquam affirmauit, aut affirmare poterit, animam esse substantiam, in qua continetur existentiae universalis ratio? In anima hominis ratio quidem deprehenditur, cur hoc nec alio modo repreäsentetur, non vero in eadem continetur ratio, cur mundus existat. b) Putat Venerabil. Langius, ex his verbis, *Deus est ens a se, in quo continetur ratio existentiae bivius mundi,* nondum colligi posse, Wolfium Deum pro causa efficiente huius mundi habere. At, ni graue faerit, evoluat Vir reverendus §. 29. Metaphysic. Wolff. Hic Wolfius ita: *Die Ursach ist ein Ding, welches den Grund von einem andern in sich enthält.* Nam vero Deus est ens, quod continet rationem sufficientem existentiae huius mundi (per def. Dei) E. quid clarius esse potest, quam Wolfium definiti-

one

ione sua indecate, se Deum pro causa huins mundi habere. cf. BÜLFINGER dil. §. 440. c) Wolfiana definitione pergit vir S. R. ne verbulo quidem commemorari intellectum, libertatem, prouidentiam, benignitatem, & ratione Dei attributa. Resp. Neque id opus est in definitione philosophica. Ex characteribus allegatis, si cetera attri uia legitimo nexu deduci possunt, optima est definitio, etiam si unicum tantum, quo definitum ab aliis rebus potest dignosci, criterium allegauerit. Neque vero negari cetera attributa Dei putandum est, quia recitentur in definitione. Abstrahentium enim, quod aiunt philosophi, non est mendacium.

Obs. III. Aliam adhuc definitionem Dei suppeditat Wolfius, quam pluribus exceptis in his fuisse expositam constat. Scilicet *in ratione paelect. Wolfianarum* p. 159. & 160. hac utitur definitione: *Deus est substantia, quae universalis possibilia unicō actu distinet, aut si maiis, adaequate, sibi representat.* Et in Metaphys. Germ § 1069. Gott ist das Wesen, welches alle Wirkungen, die möglich sind, auf eins mahl in der allergrößten Deutlichkeit sich vorstelle.

Contra hanc definitionem Dei, quam Wolfius ex §§. antecedentibus deductam sibi formar, itid in eum vener. Langius, tum b. Buddeus permulta exceperunt, quorum praecipua hoc redeunt. α) Obiiciunt si Deus est substantia. & substantia iudice quidem Wollio, in Metaphys. §. 114. est id, quae continet suarum mutationum rationem in semet ipso sequi, putant, vt Deus sit mutationibus omnino noxius. Respondethic Wolfius in der nothigen Zugabe zu den Umerkungen p. 102. sqq. Locutum se esse in Metaphys. de substantiis finitis, non de infinita, quam, ipse affirmet, nullis mutationibus esse expositam. Substantiae itaque vocem, alio sensu, ad significandum Numen transferri, per se patet. *Talia sunt praedicta. &c.*

β) Non sola, putant aduersarii, omnium possibilium distincta representatione essentiam & completem Dei notionem constitui, ceteras quoque Dei virtutes in definitione eius esse enumerandas. Resp. Non excludit hac definitione Wolfius cetera Dei attributa, sed ex eadem deduci vult & demonstrati. Id quod etiam feliciter praestiterunt Bülfinger in dil. §. 422. sqq. & Riebou. in der fernern Erläuterung c. 5

γ) Ex

γ) Ex hac definitione difficulter admodum; vel plane non, demonstrari posse prouidentiam diu-nam existimant. Nullam enim esse consequentiam, aiunt: Deus repre-sentat omnes mundos, E. praesentem curat, sustinet, sustentat. Non sequitur, fateor, immediate prouidentia Dei exinde sequitur tamen, aliis propositionibus accreditantibus. cf. hi. *Canzius in usu phil. Leibn. in Theologia T I. c. I. De Deo §. 3. vbi contruieriae huius logicae progressum videbis, item Riebou. §. 160. der ferneren Erläuterung, & Bülf. loc. cit.* Plures obiectiones leges in dem Gedanken des Herrn Buddei, item in *Anarome Langiana System. Metaphysici Wolfiani cap. de Deo.* Conferri possunt M. Dragheimii disputati duae de *Definitione Dei Wolfiana, Rostoch. 1724.* habit. In quibus disputationibus, ut verum fatear, nihil prolatum video, nisi quod semel iterumque ac tertio a venerabili Langio & Buddeo monitum erat. Poterat itaque bonus ille Dragheimius opera hac superfedeare, & acumen suum in aliis rebus demonstrare. Ex charta enim in papyrus res transcribere, parum videtur esse gloriosum.

Obs. III. Ceterum si definitiones Wolfii. de Deo supeditatae, minus tibi placuerint dic: *Deus est Spiritus independentis.* Dic: *Deus est ens perfectissimum.* Definitiones enim nominales sunt arbitrariae.

#### DCCCCXXV. INTELLECTVS DIVINVS est distincta eademque simultanea omnium possibilium representatio.

Intellectum diuinum non considerare debemus a) ut facultatem & potentiam repræsentandi, sed ut actum. b) Debenus illum considerare, non ut actum successivum, sed ut simultaneum, cum Deus ob infinitatem suam, omnia sibi repræsentet unico actu & simul. cf. Rieb. in der Erläuterung. p. 244.

DCCCCXXVI. SCIENTIA DEI MEDIA est, qua cognoscit Deus ea, quae sub conditione, nunquam implenda, possibilia sunt.

DCCCCXXVII. PRAESCIENTIA DEI est, qua distincte cognoscit ea, quae nobis futura dicuntur.

*Conf. Kromayeri bic docta dissertatio de divina Contingen-tium praescientia contra Stephanum Vitum, 1727. Ien. hab.*

DCCCCXXVIII. OMNISCIENTIA DEI est a-L etus,

**E**ius, quo ipse cum omnia possibilia, an, quando, & cur fieri possint actualia, tum etiam omnia actu existentia adaequate nouit.

DCCCCXXIX. **Q**UALITAS OCCULTA dicitur, quicquid sua natura incomprehensibile est, & cuius proin nulla singi potest ratio, nisi voluntas diuina.

DCCCCXXX. **F**ORTUNA est inopinatus caussarum, nobis haud praevisarum, conurus.

**C**lericus putat in arte Critica Part. 2. Sect. I. c. 9. §. 3. vocem fortunae esse vocem mente cassam. At alii iam iam, qui nam conceptus cum hac voce combinari debeat, demonstrant. conf. Riuini dissert. de prouidentia diuina Lips. habuit.

DCCCCXXXI. **R**EVELATIO est voluntatis diuinae supernaturalis & miraculosa manifestatio.

Riuinus in dissert. de reuelatione diuina Lips. 1729. habit. illam definit: **R**euelatio diuina est doctrina, a Deo ipso speciali modo hominibus tradita, & a viris sanctis litteris consignata, quae homines de summo bono instruit mediaque ipsis sufficientia rationique incognita, Juppeditat. quibus summae compotes fieri queant felicitatis §. 24 vid. Golling disp. de necessitate & criteriis reuelation. Altorf. 1733. hab. item Langii Iun. diss. de necessitate reuelationis eod. ann hab. Halae.

DCCCCXXXII. **O**MNIPO TENTIA Dei est illa perfectio, qua omnia possibilia potest ad actum deducere.

DCCCCXXXIII. **M**AESTAS SEV GLORIA DIVINA est perfectionum diuinorum omnium complexus.

DCCCCXXXIV. **C**REATURA dicitur ens, quod per diuinam virtutem existentiam consequitur.

DCCCCXXXV. **P**ROVIDENTIA DIVINA est continuata quaedam eius, quod in vniuerso perdurable est, conseruatio.

Bülsingerus definit prouidentiam §. 467. diluc. per curam, quam Deus gerit, rerum semel conditarum. conf. Cantz. in vnu philos. in Theol. T. I. c. 3.

DCCCCXXXVI.

DCCCCXXXVI. BONITAS siue BENIGNITAS summa est praeponit in Deo, bonum quoduis posse fidei creaturis impertiendi.

*Conf. hic Bülfinger §. 439. item Leibnit. in Theodic.*

DCCCCXXXVII. INFINITAS seu IMMENSITAS est simultanea & perpetua perfectionum seu virtutum omnium possessio.

De infinitae Dei vid. Cantz. l.c. & Wideburgi dissertat. demonstrat. mathem. infinitatis Dei Ien. 1729. Infinitum recentioribus rectius definitur per ens, quod habet omnes realitates possibles, quam quod nullos habet terminos, quae erat veterum definitio. vid. Bülf. dil. §. 407.

DCCCCXXXVIII. SANCTITAS DEI consistit in exclusione omnium imperfectionum.

Sanctus itaque intellectus Dei dici potest, quatenus in ipsum cadit nulla confusio, nulla obscuritas, sancta voluntas, quatenus nulla in ipsam cadit appetitio mali vel horum apparentis. vid. hic Hoeferi disputat. de genuina nortione sanctitatis Dei anno 1729. habit. Vitemb. & Cantzius p. 160. seqq.

DCCCCXXXIX. OMNI PRAESENTIA DEI consistit in eo, quod ipse omnia sciat, & omnia in omnibus operetur.

Vid. hic Cantzius in usu phil. in Theol. T. I. in loc. de Christo. p. 310. sqq.

DCCCCXL. IUSTITIA PERFECTISSIMA, qua Deus gaudet, est benignitas summa secundum sapientiae perfectissimae leges temperata administrata.

a) Itaque requirit Wolfus ad iustitiam *bonitatem* quae tribuit uniuicuique. b) Sapientiam, quae ostendit, quid sit id quod tribuere liceat, aut negare oporteat pro rei conuenientia. Haec definitio, quam foecunda sit consecutariis, & quam commode in casibus specialibus applicari queat, ostendit praecipue cum Bülfingerus §. 445. diluc. & Cantzius in usu Philos. Leibn. in Theol. p. 342. 374. & 425. vbi, felici plane

succesfu, definitionem praesentem Wolfi cum communi illa definitione; est constans & perpetua voluntas suum cuique tribuendi; conciliat, commonstrato insimul eiusdem vfa, obiectibusque neruose confutatis.

DCCCCXL. ASEITAS est independentia existentiae ab ente alio.

Barbarus quidem hic terminus est, receptus tamen est in Theologia naturali, reique, quam indicare debet, exprimendae satis est sufficiens.

DCCCCXLII. AETERNITAS dicitur existentia, nec initium, nec finem habens. AETERNVM vero illud appellatur, quod nec initium, nec finem habet existendi.

DCCCCXLIII.ENS PRIMVM dicitur, ante quod non extitit aliud.ENS VLTIMVM vero appellatur, post quod non existet aliud.

DCCCCXLIV. INCOMPREHENSIBILE dicitur, cuius modum, quo est, vel fieri potest, nobis minime repraesentare valemus. COMPREHENSIBILE vero vocamus, cuius modum, quo est, vel fieri potest, nobis clare & distincte repraesentare valemus.

DCCCCXLV. SCIENTIA SIMPLICIS INTELLIGENTIAE in Deo est, qua Deus res tantummodo cognoscit, ut possibles.

DCCCCXLVI. SCIENTIA VISIONIS est, qua Deus ab aeterno cognoscit, quae in tempore futura sunt.

DCCCCXLVII. MALVM METAPHYSICVM dicitur, quod per essentiam & naturam suam rem imperfectiorem reddere censetur, quam foret, si abfasset, adeoque MALVM METAPHYSICVM consistit in limitatione.

Quod

Quod quidem malum metaphysicum, ut vocat Leibnitius & Wolfius, non potest a creatura separari, scilicet, ut sine limitatione creatura nulla esse potest.

DCCCXLVIII. MALVM PHYSICVM vocatur, quod statum mundi, quoad affectus naturales, imperfectiorem reddere censetur, quam foret, si alii essent.

DCCCCXLIX. MALVM MORALE appellatur, quod inhaeret actionibus liberis hominum, seu ob quod eadem dicuntur vitiosae.

DCCCCL. VOLUNTAS dicitur IMPERSCRVATABILIS, si motiva eiusdem nobis non fuerint penitus perspecta, nec eadem certo prorsus cognoscere valeamus.

DCCCCLI. SIBI IPSI SVFFICIENTISSIMVS dicitur, qui nulla prorsus re extra se quomodounque indiget.

DCCCCLII. SVPRA RATIONEM ESSE dicitur, quod ex principiis rationis est indemonstrabile, CONTRA RATIONEM vero esse dicitur, quod principiis rationis repugnat.

DCCCCLIII. MYSTERIVM dicitur id omne, quod est supra rationem.

DCCCCLIV. ECSTASIS dicitur is hominis status, in quo sensus ac moetus voluntarii prorsus cessant, solis vitalibus superstribus, & homo insolita sibi audire ac videre saepe videtur.

DCCCCLV. VISION dicitur repraesentatio viuida rerum, qualis a sensu fieri solet, vi imaginationis facta siue in ecstasi, siue vigilantibus.

Visionem Wolfius in naturalem & supernaturalem dividit. Illam vocat, quae per naturam imaginationis explicari potest.

potest. Visio supernaturalis est, quae per naturam imaginationis explicari non potest.

DCCCCLVI. DECRETVUM est determinatio voluntatis ad aliquid agendum, vel non agendum.

DCCCCLVII. CONSULTATIO est actus intellectus, quo disquiritur, quid sit agendum, quid non agendum.

DCCCCLVIII. CONSULTATIONEM vero siue C O N S I L I V M D E I dicimus actum intellectus diuini, quo, quid agendorum optimum sit, certo iudicio definit, siue summa certitudine inquietur.

DCCCCLIX. PROPOSITVM est actus voluntatis, quo determinatur executio decreti.

DCCCCLX. PERMITTERE dicimur, quod cum ab alio neque fieri, neque non fieri velimus, quo minus idem fiat impedire nolumus.

DCCCCLXI. GLORIA D E I dicitur complexus attributorum diuinorum, quatenus a creatura rationali agnoscitur. GLORIAM ergo suam MANIFESTARE dicitur D E V S, quatenus perfectionem suam absolute summam, aut, si maius, attributa sua hominibus reuelat. HOMO autem dicitur PROMovere GLORIAM DIVINAM, quatenus verbis & factis testatur, se agnoscerre perfectiōnem D E I absolute summam.

DCCCCLXII. FRVSTRA QVID FACERE dicimur, quod vel nullo fine facimus, vel quod fini, quem intendimus, consequendo minime sufficit.

DCCCCLXIII.

DCCCCLXIII. C R E A T O R M V N D I dicitur, qui hunc mundum aspectabilem ex nihilo produxit.

DCCCCLXIV. C O N S E R V A T I O est actio, qua rebus creatis datur, ut in esse suo perleuerent.

DCCCCLXV. E n s V n v m dicitur C O N C V R - R E R E A D A C T I O N E M E N T I S A L T E R I V S , quatenus in actione eius continetur aliquid rationis, cur agat alterum.

DCCCCLXVI. G U B E R N A T I O est directio actionum ad certum finem.

DCCCCLXVII. P R O V I D E N T I A D E I est decretum Dei de conseruatione & gubernatione rerum omnium in hoc vniuerso, & concursu ad earundem actiones.

DCCCCLXVIII. M O R A L I T A S est differentia actionum liberarum, quoad rectitudinem.

DCCCCLXIX. I u s est facultas agendi moralis.

DCCCCLXX. P R O P R I E T A S est ius disponendi de ipsa substantia rei pro arbitrio suo. P R O P R I E T A R I V S vero vocatur, qui proprietatem rei habet.

DCCCCLXXI. F R U C T V S dicuntur res, ex rebus aliis quomodocunque prouenientes.

DCCCCLXXII. I u s V T E N D I est facultas moralis disponendi de quolibet rei usu pro arbitrio suo.

DCCCCLXXIII. I u s F R V E N D I est facultas dis ponendi de fructibus rei pro arbitrio suo.

DCCCCLXXIV. D O M I N I V M dicitur ius  
L 4 pro

pro arbitrio suo disponendi de ipsa rei substantia, eius usu & fructu.

*Dominium a Welfio in plenum & minus plenum diuiditur.*  
*Dominium plenum* dicitur, quod proprietatem omnem, ac ius vendi atque fruendi omne prorsus illimitatum continet.  
*Dominium vero minus plenum* est, quando proprietas cum iure vendi ac fruendi sine omni prorsus limitatione ac restrictione nobis non competit.

**DCCCCLXXV.** *D O M I N V S* reidicitur, cui competit dominum, siue, quicquid ita subiectum est voluntati nostrae, ut nemini illius rationem reddere temeatur, illius dicimur *D O M I N I*. Seruus vero dicitur, qui est in dominio alterius.

**DCCCCLXXVI.** *C O N S I L I V M D A R E* dicitur, qui significat, quid sibi videatur, ut fiat. *S V A D E R E* dicitur, qui significat, quid fieri velit, in alterius tamen arbitrio relinquens, quid facere velit.

**DCCCCLXXVII.** *I V B E R E* dicitur, qui significat, quid fieri velit, in alterius arbitrio non relinquens, quid facere velit.

Ex his intelligi nunc potest, quid sit consilium. *Consilium* est significatio eius, quid danti videatur, ut fiat. *S u f f o* est significatio voluntatis suae de eo, quod fieri debet, ita tamen, ut in arbitrio alterius relinquatur, quid facere velit. *Iussus* vero est significatio voluntatis suae de eo, quod ab altero fieri debet, ita, ut in arbitrio ipsius non relinquatur, quid facere velit.

**DCCCCLXXVIII.** *P R A E C E P T U M* est iussus alterum obligans.

**DCCCCLXXIX.** *D I S S V A S I O* est significatio voluntatis nostrae de facto alterius, in arbitrio alterius relinquens, num idem ommittere velit.

**DCCCCLXXX.** *V E T A T I O* est significatio voluntatis nostrae de facto alterius, in arbitrio alterius non relinquens, num idem ommittere velit.

DEFI-

# DEFINITIONES EX PHILOSOPHIA MORALI.

DCCCCLXXXI.

**A**CTIONES NATVRALES vocantur, quas ipsa hominis natura, citra eius deliberationem determinat.

Talis actio est repraesentatio simplex in anima. Quae enim cum sequatur ex vi repraesentativa animae, vel nobis etiam inuitis, dubium non est, quin illa repraesentatio simplex per naturam animae, etiam citra nostram deliberationem, determinet. Talis quoque actio est concoctio stomachi, utpote quae ex stomachi structura & vi eius insita prouenit, etiam citra nostram deliberationem.

DCCCCLXXXII. ACTIONES LIBERAE appellantur, quaecunque per liberam hominis voluntatem siue deliberationem determinantur.

Quemadmodum vero actio per naturam nostram determinatur, cum ratio sufficiens, cur actio adsit, & cur haec praecise, nec alia sequatur actio, in ipsa natura hominis, siue in via ciuitatis intrinseca vel animae vel corporis, latet; ita actio per liberam hominis voluntatem siue deliberationem determinatur. cum ratio sufficiens, cur actio sequatur, cur haec potius, quam alia committatur, reperitur in libera hominis voluntate. Sic actio libera est, scholas philosophicas frequentare, alios conuiciis proscindere, &c. Haec enim omnia ex libera nostra voluntate originem suam repetunt.

DCCCCLXXXIII. ACTIONES BONAE VEL HONESTAE vocantur, quaecunque huminem eiusdemque statum perfectiorem reddunt.

DCCCCLXXXIV. ACTIONES MALAE VEL TURPES sunt, quae hominem eiusdemque statum corruptunt, seu imperfectiorem reddunt.

L 5

Actio

Actio autem nos nostrumque statum perfectiorem reddere dicitur, si cum fine, ad quem nos conditissimus, consenit, eidemque obtinendo accommodata est. Actio autem nos nostrumque statum imperfectiorem reddere dicitur, si fini, ad quem tendere debebat, minus est conueniens. At qui vero finis, ad quem condidit nos supremum Numen, est felicitas. Proinde *actio bona s. honesta* est, quae felicitatem nostram promouet, & *actio mala* erit, quae felicitatem nostram destruit.

DCCCCLXXXV. INTRINSECA actionum liberarum MORALITAS siue earundem INTRINSECA HONESTAS ATQUE TURPITUDO consistit in eo, quod aliae actiones per se & per suam naturam sint bonae, siue felicitatem nostram promoueant; aliae vero per se & suam naturam sint malae, siue felicitatem destruant.

Obsr. I. Dicitur haec intrinseca actionum liberarum moralitas quoque *objectionia*, quia scilicet ratio turpitudinis & honestatis ex ipsa obiecti indole petitur. Sic, si quaesiveris, cur avaritia sit actio turpis, & amor proximi sit actio honesta, tunc moralitatis obiectiuae defensores rationem ex obiecto ipso, scilicet ex actionis natura, repetunt.

Obs. II. Non attinet hic, commemorare omnes eos, qui moralitatem intrinsecam vel defenderunt, vel reiecerunt. Legi autem hic potest S. R. Walchius in Lex. Philos. sub Tit. Moralitate. Bucky de moralitate actionum intrinseca Lips 1732. item Cantzius in usu Philos. Leibn. & Wolf. in Theologia T. I. p. 425. sqq.

DCCCCLXXXVI. OBLIGATIONE est connexio motiuorum cum actionibus.

Obs. I. Cum hanc definitionem, sciam, compluribus minus probari, id nunc agam, vt a) eam paucis explicem & illustrem b) eiusdem conuentientiam cum aliis obligationis definitiobibus demonstrem, c) objectiones potiores commemorem & refellam.

Obs. II. Quid sint *motiu*a, quid sit *nexus* siue *connexio*, id vero, non est, quod multis exponam, cum haec iam expolita & definita meminerim in metaphysicis. Connectere autem motiuua

motiuā cum actionib⁹ alterius est nihil aliud; quam repræsentare alteri & proponere vel bona, vel mala, commoda, vel incommoda, per quae alter vel ad actionem incitetur & determinetur, vel ab actione deterreatur & retardetur. E. gr. Cum Deus Adamum & Iuam primos generis humani satres, condidisset, ipsis proponebat legem, qua ab arbore quādam definita fructus decerpere prohibebantur. Subiungebat legi Deus statim communionem mortis, tanquam motiuū, per quod ab actione prohibita reuocarentur. Atque per connexionem huius motiuī cum actione Adami fugienda obligabat Deus Adamum ad actionem illam quovis modo deuitandam. Sic Magistratus homines ad omittendum furtum obligat, cum ipso certam huius vitii poenam constituit.

Obl. III. Contra hanc definitionem, noui, permulta esse monita, quae, quanti sint momenti, paucis dispiciemus. a) Obiicitur, in hac definitione abesse ideam Dei, tanquam superioris, iquae abesse non possit. Respondent hic nonnulli pro Woltio, recte id affirmari de obligatione externa; cum vero Woltius obligationem *generalius* definuerit, ita, ut, cum externam, tum intrinsecam, hac ipsa definitione comprehendenter, mirum non esse, ipsum definitionem suam ita adornasse. Est autem illa, de qua modo dictum, intrinseca obligatio nihil aliud, quam illa obligatio, quae ex actionis suscipiendae indole petitur. Constat scilicet, quamlibet actionem liberam convenientias, vel bonas, vel malas, secum habere coniunctas, per quas quidem actionum consecutiones, tanquam motiuā, homo vel ad actionem inuitetur, vel ab eadem deterreatur.

b) Obiicitur: Secundum hanc definitionem per parem, amicum amicus poterit obligare. Cum enim amicus cum alterius amici actionibus motiuā connectere queat, & pari multas proferre possit rationes, cur haec illaue actio sit suscipienda, obligationem secundum Woltium, adesse scito. *Resp.* Obligatio hic qdest imperfecta. Plures obiectiones videoas in *Doctissimi Treueri notis ad Pufend. lib. de off. H. Ciu.* p. 53. 54. cf. *Cantz.* in *vſu Pbil.* in *Theol. T. I.* p. 458. sqq.

Obl. IV. Si minus haec definitio tibi placuerit, die cum Cel. Syrbio: obligatio est necessitas moralis ad agendum vel omissendum, in genere ad praestandum aliquid: vel cum Magnifico nostro Hassenio: obligatio est necessitas moralis, prae-

praestandi id, quod mutuo consensu fuit placitum, in Synops. p. 373. pos. 142. Quae tamen definitio est specialis, & tantum de obligatione pacti intelligenda; generalis autem habetur in cit. Synops. p. 64. pos. 91. & p. 170. pos. 42.

Obseru. V. Cl. Koehlerus in peculiari *dissertat. de obligatione moralis Ien. 1723.* hab. hanc obligationis notionem Wofsi-anam distincte euoluit, eandemque cum Thomassii definitio-ne conciliat. qui obligationem in metu periculi & spe lucri quaerit. cf. *Fundament. I. N. & G. L. I. c. 4. §. 60.* De obli-gatione vid. *Walch. in Lex. sub Tit. Verbindlichkeit.* item *Adelung. in dissertat. de verae obligationis natura & usu.*

DCCCCLXXXVII. LEX est regula, iuxta quam actiones liberas determinare obligamur.

Obseru. I. Contra hanc definitionem vel hoc unicum excipi poterat, quod in ea vocabulum adhibetur Metaphoricum, sc. vox regulae. Sed constat ex regulis Logicis, vocabula Metaphorica tum posse adhiberi in definiendo, cum antea vocabulum fuerit determinatum & a sensu ambiguo liberatum. Nam vero, cum Wolfius in Metaphys. definierit regulam per propositionem, quae vel faciendum quid dicitur, vel fu-gendum praecipit, intelligitur, secum hanc optime hic ad-hi-beri posse.

Obseru. II. Alii definiunt Legem per decretum superioris obligans inferiorem. conf. *Cantz. in usu Philos. in Theol. p. 435.* Item *Cel. Hassenpii synops. philos. moral. p. 168. sqq.*

DCCCCLXXXVIII. LEX DIVINA est, quae obligandi vim suam habet a Deo.

DCCCCLXXXIX. LEX HUMANA est, quae-cunque obligandi vim suam habet ab homine.

Obseru. Lex varias suas sortitur denominations pro variae obligationis principio.

DCCCCXC. ACTIO MORALITER BONA dicitur actio legi conformis.

DCCCCXCI. ACTIO MORALITER MALA est actio legi difformis.

Obseru. I. Hac definitiones non sunt discrepantes ab illis cum actiones bonae de finiuntur per eas, quae nos nostrum-que statum perficiunt, & actiones malae per illas, quae nos nostrum-

nostrumque statum imperfectiores reddunt. Cum enim lex id omne iubeat, quod nos nostrumque statum perficit, & id omne prohibeat, quod nos nostrumque statum imperfectorem reddit, dubitari non potest, legi id conforme esse, quod nos perfectiores reddit, & id legi difforme esse, quod nos nostrumque statum imperfectorem reddit.

**Obseru. II.** Hinc intelligis, quid sit *bonitas moralis*. Consistit haec in conformitate actionum cum lege; *turpitudo* autem *moralis* consistit in diffinitate.

**DCCCCXCII.** *PRAE MIVM dicitur bonum, quod cum actione connectit legislator, tanquam motuum eam committendi, vel omittendi.*

Sic cum princeps literarum incrementis consulturus, convocat eruditos, eosdemque iubet, ut, certamine quasi facto, speciminiibus propalam edendis, literarum auctus promoueat; eique, qui optimum exhibet praestantissimumque eruditonis specimen, certam pecuniae summam elargitur, tunc illa pecuniae summa dicitur *praemium eruditoris*. Est enim ea, 1) bonum quid, 2) cum actione & studio eruditus hoc bonum connectit princeps, tanquam legislator, 3) ideo connectit, ut hoc ipso bono incitetur eruditus ad plura & praestantiora in posterum specimina edenda, sive, vi stylo utar philosophico, ut hoc ipsum bonum sit motivum, literas in reliquum virtutemque seruentissime consecrandi.

**DCCCCXCIII.** *PRAE MIVM NATVRALE est bonum cum actione necessario connexum.*

Sic gaudium animi innocensque voluptas sunt *praemium naturale* virtutis, & scientiae. Est enim cum virtutis studio, naturali & individuali nexo, conjuncta voluptas animi innocens, & anemite, quisquis hic, cuiasue fuerit, disturbanda.

**DCCCCXCIV.** *PRAE MIVM POSITIVVM est bonum connexum cum actione libera ex legislatoris voluntate.*

Tale est *praemium* certa pecuniae summa, erudito pro operis suis & scientiarum cultura a principe donata.

**DCCCCXCV.** *POENA est malum, quod cum actione connectit legislator, tanquam motiuum eam omittendi vel committendi.*

Grotius

## DEFINITIONES

Grotius definit poenam per malum passionis propter malum actionis. Celeb. autem Hassenius plenius, & ut verum dicam, clarus quoque definit poenam in *Synops.* p. 691. Est coercitio, seu virio delicti, a superiori. aut magistratu, ius puniendi habente, certi inflictione mali, ob ciuitatis salutem, ac laudentis laesione utilitatem, rite facta.

DCCCCXCVI. POENA NATURALIS est malum cum actione necessario connexum.

Talis poena est crapula, ex ebrietatis vitio contracta, item mortus conscientiae, & turbulentus mentis status ex scelerum commissione oriundus.

DCCCCXCVII. POENA POSITIVA est malum, quod connectitur cum actione libera ex legislatoris voluntate.

Talis poena est patibulum cum furto ex legislatoris voluntate libera connexum.

DCCCCXCVIII. VIRTUS est habitus actiones suas legi naturali conformiter dirigendi.

Obs. Magnif. Hassen virtutem ita definit: Est serium & constans propositum studium, voluntati diuinae in omnibus obsequendi. *conf. synops.* p. 142. Quam quidem definitionem, credo, cum nostra, facili negotio, conciliari possemus. Virtus autem & officium maxime differunt: id quod palam fiet, cum, quid sit officium, a nobis explicabitur.

DCCCCXCIX. VITIUM est habitus, actiones suas ratione contraria dirigendi, quam lege naturali praescribitur.

M. INFIRMITAS NATURALIS est impotentia naturalis, actiones suas ad legem naturalem, tanquam normam, dirigendi.

M. IMPOTENTIA autem NATURALIS dicitur, cui tollendae pro rerum nostrarum statu non sumus pares.

MII. VIRTUS PHILOSOPHICA est, quae nititur non nisi motiuis, ab intrinseca actionum honestate & turpitudine petitis.

Cum

Cum e.gr. Caius liberalis est erga pauperes, ideo tantum, quia existimationem suam laedi per auaritiam, putat, vel quia, liberalitatem ad commodam publicum facere, nouit, tunc ista liberalitas est adhuc virtus philosophica. vid. Carp. *dissert. de gradatione virtutum moralium* 1733. Ienae habit.

MHI. SVMVM BONVM siue BEATITVD O  
(Philosophica nempe, seu naturalis) est perpetuus  
siue non impeditus ad maiores perfectiones pro-  
gressus.

Cum ob finitudinem nostram omnes & summas perfectio-  
nes obtinere nequeamus, hominis esse patet, continuo pro-  
gredi ad maiores perfectiones. Atque hoc secundum Wol-  
fium summum bonum est, quod quidem in hac vita obtineri  
potest.

MIV. SVMVM MALVM in hac vita est con-  
tinuus progressus ad maiores in dies imperfectiones.

MV. FELICITAS est status durabilis siue con-  
stanter laetitiae.

Per statum autem durabilis gaudii intelligimus statum e-  
iusmodi gaudii, quod non degenerat in taedium. Tale  
gaudium est illud, quod ex virtutis studio percepitur. Non  
definitus hic felicitas facta & apparens, sed vera.

MVI. INFELICITAS est status durabilis  
taedii.

MVII. CONSCIENTIA est iudicium de actio-  
num nostrarum moralitate, (bonestate ac turpitu-  
dine).

MVIII. CONSCIENTIA RECTA dicitur, si  
iudicium de actionis moralitate verum est.

MIX. CONSCIENTIA ERRONEA, si iudici-  
um falsum fuerit de actionis moralitate.

E. gr. Cum quis iudicauerit, periurium esse contra regu-  
las iusti & honesti, gaudet conscientia recta; si vero quis  
opinatus fuerit, periurium esse nonnunquam licitum quid &  
iustum, conscientiam illi tribuimus erroneam.

MX.

**MX. CONSCIENTIA CERTA** vocatur, si certum vel euidens est de actionum moralitate iudicium.

**MXI. CONSCIENTIA PROBABILIS** est, si probabile est iudicium de actionis honestate vel turpitudine.

Fleheii homines per saepe secundum conscientiam probabilem agunt. Cum rusticus videt ipsum pastorem se inebriare, cum videt, verbi diuini ministrum chartas lusorias identidem tractare, probabile ipsi est, ebrietatem non adeo enorme esse vitium, licita nque videre tempus chartularum lusu fallere, quia ipse pastor haec omnia sine multa tergiuersatione agat. Pastoris enim vitam pro norma actionum suarum habet.

**MXII. CONSCIENTIA DUBIA** est, si dubium atque anceps est de actionum moralitate iudicium.

Cum e. gr. quis dubitat, num licitum sit, saltare, cum determinare necit, vel honestatem, vel turpitudinem salutationis, conscientiam ipsi dubiam tribuimus.

**MXIII. CONSCIENTIAE SCRUPULVS** nihil est aliud, quam ratio, quae dubiam reddit actionis nostrae rectitudinem.

Si e. gr. quis dubitaret, num liceat moderamen in culpa-tae tutelae adhibere, idque ideo, quia, secundum Christi effatum, malo resistere non debeamus, tunc scrupulo conscientiae vexaretur.

**MXIV. CONSCIENTIA ANTECEDENS** est iudicium de moralitate actionis nondum patratae.

**MXV. CONSCIENTIA CONSEQUENS** est iudicium de actionibus iam patratis.

**MXVI. CONSCIENTIA THEORETICA** est, cum iudicium nostrum de actionis moralitate est theoreticum.

Iudi-

Iudicium autem nostrum est theoreticum, si iudicamus tantummodo, num actio bona vel mala sit.

**MXVII. CONSCIENTIA PRACTICA** est, cum iudicium de actione est practicum.

*Practicum* autem est *iudicium*, cum iudicamus, quod actio sit vel patranda, vel omitienda.

**MXVIII. CONSCIENTIA THEORETICA-PRACTICA** est, si iudicium practicum feratur, nondum spectatis singularibus circumstantiis.

**MXIX. CONSCIENTIA PRACTICE-PRACTICA** est, si iudicium practicum fertur, circumstantiis singularibus probe consideratis.

Sic si iudicaneris, neminem esse vulnerandum, nondum autem perspexeris singulares quasdam circumstantias, quae, in moderamine inculpatae tutelae, concurrunt, tunc conscientia illa est 1) *practica* quia iudicat, actionem quandam esse non suscipiendam. 2) *theoretice-practica*, quia iudicatur, nondum consideratis omnibus singularibus circumstantiis. Si vero iudicaueris, nonnunquam alterum esse vulnerandum, siccilicet omnes singulares circumstantias probe perspexeris, tunc iudicium tuum est conscientia *practice-practica* (ein überwiegendes Gewissen.)

**MXX. CONSCIENTIA PRACTICE-PRACTICA** dicitur **COMPLETA** (ein wichtiges Gewissen) si omnes attenduntur circumstantiae. **INCOMPLETA** autem, si aliquae tantum attenduntur ci. circumstantiae.

**MXXI. CONSCIENTIA LIBERA** est, cum mens iudicium fert, affectuum impetu liberata. **SERVA** est, cum iudicamus, affectuum impetu turbati.

Cum e. gr. iudicaueris comediatores esse fini non contrarias, sensuum dulcedine delinitus ita iudicas, adeoque serua adest conscientia. Si vero iudicas, omne vitium esse perniciosum, tunc conscientia libera est,

M

**MXXII.**

MXXII. HOMO INCONSCIENTIOSVS, s.  
NVLLIVS CONSCIENTIAE est, quisquis contra conscientiam practice-practicam agit, propterea, quod serua est.

Fac e. gr. iudicem aliquem, fide iurisurandi interposita, pollicitum esse principi suo, se deprecaturum omnes largitiones; fac, ipsum porro considerare attentius periurii turpitudinem & incommoda: fac, ipsum nihilominus, considerata licet iurisurandi religione, pergensisque fidei sublestae dannis, corrumpi se pati largitionibus, idque ideo, quia pecuniae splendore praestriktus, sensibus, quam rationi, magis obsequitur, tunc iudicem hominem nullius conscientiae dixerim. Agit enim 1) contra conscientiam practice-practicam, i. e. agit contra iudicium suum, quod, perennis omnibus circumstantiis, de turpitudine actionis committendae ferebat. 2) Agit secundum conscientiam seruam, dum, sensuum blanditiis deceptus, seponit tantisper rationis iussa & imperium.

MXXIII. CONSCIENTIOSVS ille vocatur, qui agit secundum conscientiam liberam.

Cum quis scilicet ducem rationem sequitur, nec turbulento affectuum concursum se in agendo determinari patitur, eo ipso iam conscientiosum illum dixerim.

MXXIV. EXCVSATIO CONSCIENTIAE est consensus conscientiae consequentis cum antecedente.

MXXV. ACCVSATIO CONSCIENTIAE est diuersitas, siue dissensus conscientiae consequentis atque antecedentis.

Cum iudex, sacramenti oblitus, largitionibus se patitur corrumpi, tunc ante actionem turpem, siue ante donorum acceptationem eam iudicabit, sensuum seruitute determinatus, vt bonam, (alias non fusciperet) post accepta vero dona, ratione quasi reuiuiscente, actionem patratam habebit proturpissima. Quo ipso conscientia ipsum accusat.

MXXVI. MORSVS CONSCIENTIAE est taedium, ex dissensi conscientiae antecedentis & consequentis ortum. Caius,

Caius, Titii librum pretiosum suffuraturus, hanc libri ablationem bonam iudicat, post actionem patratarum actionis perspicit turpitudinem, & actionem patratarum pro mala habet. Ex quo insigne in ipso orietur taedium. Atque ita mortu conscientiae discruciat.

**MXXVII. SOMNVS CONSCIENTIAE** est defectus conscientiae antecedentis & consequentis hominis, ex consuetudine agentis.

Cum e. gr. Caius neque, quid agendum sit, perpendit, neque, actione iam perpetrata, quid actum sit, considerat, soporosam ipsi conscientiam tribuimus.

**MXXVIII. EVIGILARE CONSCIENTIA** dicitur, cum, ob taedium ex actionibus patratis subortum, ad agnoscendam actionum patratarum prauitatem adigimur.

**MXXIX. SOPIRE CONSCIENTIAM** dicimus, cum cogitationes nostras dirigimus ad ea, quae actionibus suspectis qualemcumque rectitudinis speciem conciliant.

Cum iudex, largitionibus inhians, cogitat, se pauperem esse, alios quoque largitionibus se corrumpi pati, itemque periurii crimen posse remitti, &c. tum, ita cogitando, pendentem conscientiam sopit.

**XXX. TRANQVILLITAS CONSCIENTIAE** est immunitas a taedio, quod ex prauis actionibus subnajci potest.

**XXXI. INQUIETUDO CONSCIENTIAE** est sensus scrupulorum conscientiae.

**XXXII. CUSTODIA CONSCIENTIAE** est cura de rectitudine & certitudine conscientiae.

*Custodire* hinc conscientiam ille dicitur, qui de conscientia recta, & certa solicitus est.

**MXXXIII. CONTRA CONSCIENTIAM** (wider besser Wissen und Gewissen) agunt, qui contra

tra conscientiam practice-practicam agunt, i. e. qui, quamvis actionem aliquam ut malam sub omnibus singularibus circumstantiis iudicent, nihilominus eam suscipiunt, & u. u.

**MXXXIV. SAPIENS AC BENE ORDINATA VITAE RATIO** est consensio actionum, siue finium intermediorum ac singularium ad perfectionem, siue beatitudinem hominis.

**MXXXV. STVLA MINVSQVE ORDINATA VITAE RATIO** est actionum humanarum siue finium singularium ad perfectionem, siue beatitudinem obtinendam dissensio.

Stultus hinc est, qui media eligit fini contraria.

**MXXXVI. COGNITIO VIVA** dicitur, quae efficaciter hominis animum ad agendum impellit.

**MXXXVII. COGNITIO MORTVA** est, quae non fit motuum voluntatis, siue quae non ad agendum hominis voluntatem impellit.

**MXXXVIII. CEREMONIAE** sunt signa eorum, quorum meminisse in propositi executione nos oportet.

Conf. de ceremoniis & maxime de hac definitione eiusque consectariis Cantz. in vsl philosoph. Wolf. in Theol. in cap. de Lege.

**MXXXIX. DOMINIVM IN SEMETIPSVM,** vel in sensu, imaginationem & affectus, est animi vis quedam a seruitute morali sese vindicandi libertatem.

**XL. SERVITVS MORALIS** est dominium sensuum, phantasiae atque affectuum.

Conf.

Conf. hic dislertat. nostra de statu seruitutis moralis,  
Vitemb. 1733.

**MXXI.** **P V G N A C V P I D I T A T U M** est rationis  
atque adpetitus sensitiui in actionum liberarum censura  
contrarietas.

Conf. Magnif. Hassenii dissertat. de pugna adpetitus  
sens. & rat.

**MXLII.** **V I C T O R I A M O R A L I S** est extincio  
vel remotio cupiditatum siue adpetitus sensitiui, & qui-  
dem per libera rationis pronuntiata.

**MXLIII.** **D O M I N V S S V I I P S I V S** est, quis-  
quis ratione sua vincere adpetitum sensituum seu cupi-  
ditatis impetum potest.

**MXLIV.** **P H I L O S O P H I A M O R A L I S C H A-**  
**R A C T E R I S T I C A,** siue Ars, **H O M I N V M**,  
**A N I M O S C O G N O S C E N D I**, est habitus, prin-  
cipia, siue generales regulas, quibus homines in  
diudicanda actionum moralitate vtuntur, explo-  
randi.

**MXLV.** **S I M U L A T I O** est actionis internae at-  
que externae diffensus.

**MXLVI.** **S I N C E R I T A S** est actionis externae  
cum interna consensu.

De simulatione vid. M. Trofien disput. sub praesid. Ma-  
gnifici Hassen. habit. de Moralitate simulationis.

**MXLVII.** **P H Y S I O G N O M I A** est ars cognoscendi  
hominis animum ex habitu & conformatione cor-  
poris, praesertim ex faciei lineamentis.

**MXLVIII.** **G E S T V S** vultus, vocis, atque artu-  
um corporis **L I B E R I** sunt, quicunque naturalibus  
hominis propensionibus conformes existunt.

**MLIX.** GESTVS COACTI (MINVS NATVRALES, AD FECTATI) sunt, quicunque naturalibus hominis propensionibus contrarii existunt.

**ML.** STATVS HOMINIS NATVRALIS est, in quo actiones arbitratu suo determinat, nullo superiori his in terris libertatem eius determinante.

Talis status est eorum, qui, naufragio in insulas delati, solum vivunt sine magistratu, talis status est Monarcharum, a nullo superiori in his terris dependentium.

**MLI.** STATVS HOMINIS CIVILIS est, in quo actiones suas ex alterius, qui libertatem eius limitat, arbitratu dirigere tenetur.

**MLII.** OFFICIVM est actio ad legem determinata, quatenus ad eam ira determinandam obligamus.

**MLIII.** OFFICIVM ERGA DEVVM vocatur, cuius motiva sunt attributa diuina.

Sic si confidis in Deo, prouterea, quod nosti, ipsum posse, ipsum velle superias tibi ferre, officium quoddam obseruas erga cum. Ad hanc enim actionem, scil. ad fiduciam in Deo, te mouet representatio omnipotentiae immenseque benignitatis diuinae. Motiva itaque huius actionis sunt attributa diuina.

**MLIV.** IN NOSTRA POTES TATE dicuntur esse ea, quaecunque per vires nostras obtineri, vel & declinari a nobis possunt.

Sic in nostra potestate est, aliorum laudibus & famae obrectare. Id enim est eiusmodi, ut nostris viribus deuitari queat.

**MLV.** PRUDENTIA est habitus, subsidia, sapienter excogitata, promte exsequendi.

**MLVI.**

MLVI. ARS est habitus, per mentis aut corporis vires efficiendi ea, quae solius naturae beneficio, (vel absque studio nostro) effici nequeunt.

Sic e. gr. Si Caius artem eleganter saltandi callet, tunc gaudet habitu per corporis vires producendi ea, quae solius naturae beneficio, siue sine studio & sine actibus, crebrius repetitis, nunquam efficeret.

MLVII. OFFICIA ERGA VOLUNTATEM sunt illae actiones, quas perficere homo, respectu voluntatis, tenetur.

MLVIII. OFFICIA ERGA CORPVS sunt eiusmodi actiones quas perficere, respectu corporis nostri, per naturae legem tenemur.

MLIX. SANITAS est is corporis status, quo membra singula natiuis functionibus suis expediendis sunt accommodata, & inter se consentiunt.

MLX. MORAVS est is corporis status, quo ad decentur expediendas functiones suas inepta sunt corporis membra.

MXLI. VIGORIS. ELEGANTIA CORPORIS est iste status, quo posituris & commotionibus, quas animi & corporis perfectio naturalis flagitat, corpus aptum est & accommodatum.

MLXII TEMPERANTIA est virtus, dirigen-  
s cibi ac potus usum legibus sanitatis conuenienter.

MLXIII. INTEMPERANTIA est habitus, ci-  
bi ac potus usum non nisi ad voluptatem attempe-  
randi.

MLXIV. VOLVPTVOSVS nuncupatur, qui bonum ac malum sensuum voluptate vel taedio me-  
titur.

MLXV. E B R I E T A S est vitium, in capiendo potu modum ita excedens, ut functiones capitales turbentur.

MLXVI. O P E S s. F A C V L T A T E S (zeitlich Vermögen) vocantur apparatus earum rerum, quibus homini ad expediendas vitae necessitates, obiectationem ac decus opus est.

MLXVII. O P V L E N T I A (Ueberfluss, grosser Reichthum) est eiusmodi opum copia, quae maior est, quam ad necessitates ac decentiam requiritur.

MLXVIII. L A V T I T I A (Reichliches, gutes Auskommen) est istiusmodi opum copia, quae cum ad expediendas vitae necessitates, tum ad seruandum vitae decus, sufficit.

MLXIX. S V F F I C I E N T I A (Nöthiges Auskommen) est opum copia, vitae necessitatibus expendiens sufficiens.

MLXX. P A V P E R T A S est defectus aliquis opum.

MLXXI LABORES sunt istiusmodi hominis actiones, quae ad acquirendas opes, seu ad vitae sustentationem, sunt accommodatae.

MLXXII. S O M N O L E N T I A s. P I G R I T I A est temeraria laboris intermissio.

MLXXIII. O T I V M (Muße) est immunitas a labore, (ordinario scil.)

MLXXIV. A V A R I T I A est cupiditas, plura acquirendi, quam quae & ad vitam honeste transfigendam requiruntur, &, pro conditione nostra, acquiri possunt.

MLXXV.

MLXXV. A'vrdgezia, SVFFICIENTIA (Vergnüglichkeit) est iusta earum opum cupiditas, quae ad vitae necessitatem ac decentiam sufficiunt.

MLXXVI. INCURIA (Sorglosigkeit) est iusto minor opes acquirendi cupiditas.

Differunt itaque a'vrdgezia & incuria toto coelo, cum adsint diuersae notae characteristicae.

MLXXVII. PARSIMONIA est prudensia moderandi expensa.

MLXXVIII. PRODIGALITAS est flultia in expensis nimis.

MLXXIX. TENACITAS (Kargheit) est studium iusto minus, quam sat est ac decet, expendiendi.

MLXXX. SORDITIES (Fülligkeit) est insignis gradus tenacitatis.

MLXXXI. LAUS est enumeratio perfectionis, qua quis gaudet, & LAUDARE ALTERVM nihil est aliud, quam alterius enumerare perfectiones.

De hac laudis definitione, & eius conjectariis, egi copiosa in dissertat. Num propria laus semper fordeat?  
Vitemberg. 1734. habita.

MLXXXII. Kevodoξia seu VANAE GLORIAE STUDIVM (Ehrgeiz) est iusto maior eius honoris cupiditas, quem neque promeremur, neque, pro circumstantiarum conditione, adipisci possumus.

MLXXXIII. GLORIAE STUDIVM (Ehr-Liebe) est cupiditas eius honoris, quem actionibus, seu virtutibus nostris promeremur, siue, est animi propensio ad honores promeritos.

MLXXXIV. HUMILITAS siue ANIMVS ABIECTVS (Niederträchtigkeit) est defectus honestae ambitionis.

MLXXXV. HONOR nibil est aliud, quam iudicium aliorum.

Perfectio autem dicitur nostra, quae nostris viribus & nostro studio fuit acquisita.

MLXXXVI. DEDECVS est nihil aliud, quam iudicium aliorum de nostra imperfectione.

MLXXXVII. IGNOMINIA vel OPPROBRIVM (Beschmierung) est actio, cuius motuum est alterius imperfectione.

MLXXXVIII. VITUPERATIO siue CENSURA est enarratio imperfectionum alterius.

MLXXXIX. CONVICIA sunt vocabula, quibus alterius imperfectiones designamus.

MXC. CALVMNIA siue CRIMINATIO est falsum de alterius imperfectione pronuntiatum.

MXCI. ARROGANTIA (Hochmuth) est vitium, plura sibi tribuendi, quam decet.

MXCII. MODESTIA (Demuth) est virtus, tantum sibi tribuendi, quantum decet.

MXCIII. CONTENTVS SVI est vitium, minus sibi tribuendi, quam decet.

MXCIV. PATIENTIA est virtus, moderandi tristitiam in aduersitatibus, siue, est tranquillitas in aduersis.

MXCV. ANIMOSITAS (die Herzhaftigkeit) est moderatio metus circa imminentia periculum.

MXCVI.

MXCVI. METICULOSITAS est nimia proclivitas ad metum circa imminens periculum.

MXCVII. AVDACIA (Verwegenheit) est immunitas ab omni metu circa instans periculum.

MXCVIII. GLORIA MUNDI ILLUVSTRARE dicimur, si eiusmodi actiones suscipimus, quarum motiva sunt perfectiones diuinae, scilicet ex quibus cognoscitur & intelligi potest, nos Deum habere pro ente perfectissimo.

MCIX. PIETAS est habitus, actiones suas ad diuinum Numinis gloriam in dirigendi.

Pius itaque erit, qui eiusmodi actiones suscipit, quarum motiva sunt perfectiones diuinae. Sic cum ideo quis tranquillus & patiens est in diversis, quia nouit, Deum & velle & posse iuuare, pium illum esse, dicimus.

MC. GLORIA DEI est admiranda eius maiestas, rebus atque actionibus, itemque iudiciis nostris, expressa.

MCI. OBSERVATIO GLORIAE DIVINAE consistit in actione, cuius motuum est erronea de diuina maiestate opinio.

Sicut quis, in omne vitiorum genas effusus, petulantius peccat, propterea, quod sibi persuaderet, Deum non omnia adeo rigorose punire, gloriam Dei obscurat, cum actionibus suis declareret, se Deum non habere pro ente perfectissimo.

MCII. BLASPHEMIA est oratio, qua Deo tribuimus virtus vel imperfectiones.

MCIII. TIMOR DEI est solicitude, fugiendi eas actiones, quas Dei voluntati, aut perfectionibus, contrarias esse nouimus.

MCIV. METUS SERVILIS est solicudo, fugiendi malas actiones, propter diuinam, quae coniuncta esse cum illis videtur, poenam.

MCV.

MCV. FILIALIS DEI TIMOR est, cum malum fugimus ideo, quia Deum amamus, illumque laedi nefas putamus.

MCVI. REVERENTIA DEI est solicitude, quacunque data occasione venerationem eius declarandi.

MCVII. VENERATIO DEI consistit in coniunctione de diuina maiestate vel praestantia.

MCVIII. INVOCATIO DEI est intimum siue serium desiderium istiusmodi beneficiorum, quae exspectare ab eodem, per ipsius perfectiones, licet.

MCIX. PRECATIO siue ADORATIO est significatio externa invocationis Dei internae.

MCX. GRATVS ERGA DEVVM ANIMVS est amor erga Deum, tanquam benefactorem nostrum.

MCXI. GRATIARVM ACTIO est oratio, qua gratum Deo animum declaramus.

MCXII. CVLTVS DEI EXTERNVS est complexus illarum actionum externalium, quae, Dei causa, siue ad significandam Numinis venerationem, suscipiuntur.

MCXIII. CVLTVS AVTEM DEI INTERNVS sunt cogitationes, venerationi Numinis accomodatae.

MCXIV. CVLTVS DEI IN GENERE est obseruatio officiorum, Deo debitorum.

MCXV. AMICVS est persona, quae nos amat, siue, quod idem est, quae promta semper est ad capiendam ex nostra felicitate voluptatem.

MCXVI.

MCXVI. INIMICVS est persona, quae nos odit, siue, quae prompta est ad voluptatem capiendam ex nostra infelicitate.

MCXVII. SUPERBIA (INSOLENTIA, Hoffarth) est vitium, quo nosmet ipsos temere super alios efferrimus.

MCXVIII. FASTVS (Stolz) est superbia, actionibus siue signis externis declarata.

MCXIX. CONTENTVS ALIORVM est actio, qua significamus, nos parum, aut nihil, aliis tribuere.

MCXX. MODESTIA (Bescheidenheit) est virtus vel habitus, suos cuique honores tribuendi.

MCXXI. COMITAS est virtus, qua in actionibus singulis voluptatem aliquam, ex alterius perfectione perceptam, significamus.

MCXXII. HUMANITAS est virtus, in actionibus singulis sincerum erga alios amorem demonstrandi.

MCXXIII. LAEDERE ALIOS est nibil aliud, quam eiusmodi actiones suscipere, quae officiis erga alios sunt contrariae.

MCXXIV. DAMNUM est istiusmodi malum, quod ex laetione nascitur.

MCXXV. INGRATITVD O siue ANIMVS INGRATVS est odium aduersus benefactorem.

MCXXVI. BENEFICIORVM IMMEMOR (unerkanntlich) dicitur ille, quisquis parum, aut nihil amoris erga benefactorem ostendit.

MCXXVII.

MCXXVII. MANSUETUDO est promitudo ignoscendi iis, qui nos offenderunt.

MCXXVIII. IGNOSCERE ALIIS nibil est aliud, quam alios ita considerare, ac si nos non laessent.

MCXXIX. VINDICTA est cupiditas, offenditoribus nocendi, vel aegre faciendi.

MCXXX. MODERAMENTUM IN CULPATAE TUTELAE est defensio corporis ac vitae ab hostiis violentiis.

Conf. hic dissertat. 2. Roesleri de iure violentiae defensionis Tubing hab 1721.

MCXXXI MAGNANIMITAS s. GENEROSITAS, (Großmuth) est firmum atque constans propositum, hostibus non tantum non nocendi, sed quoque quauis occasione beneficiandi.

MCXXXII CRUDELITAS est insatiabilis vindictae cupiditas.

MCXXXIII. PAX est iste hominum status, quo nemo alium aperte offendit.

MCXXXIV. BELLVM est ille hominum status, quo alter alterum offendit, siue est status personarum, vi certantium.

MCXXXV. COMMUNIO BONORVM est facultas multorum vel omnium vnam eandemque rem ad usus proprios adhibendi.

MCXXXVI. DOMINIVM siue POSSESSIO est ius vnius, vel quarundam modo personarum, utendi re aliqua pro suis vibus, siue DOMINIVM est, cum rem aliquam ita possidemus, ut alter ab eiusdem usu & possessione excludatur.

MCXXXVII.

MCXXXVII. DOMINVS vocatur, quisquis rei alicuius habet dominium.

MCXXXVIII. TURBATIO DOMINI est offensio aliorum, quoad dominium.

MCXXXIX. FVRTVM est ablato rei alienae, inscio atque iniusto domino; lucri faciendi caufa.

MCXL. MERCES est operarum pretium.

MCXLI. PRETIVM est quantitas rerum moralis, iuxta quam earum ad se intencem ratio determinanda.

MCXLII. PECUNIA est communis mensura pretiorum, quae statuuntur rebus, ad vitae necessitatem, commoditatem & iucunditatem necessariis.

MCXLIII. EMATIO, VENDITIO, est species contractus, qua quis pro determinata mutuo consensu, pecuniae quantitate, transfert rei suae dominium in alterum.

MCXLIV. LOCATIO dicitur, si quis rei suae usum, vel etiam operam suam, pro certa mercede alteri concedit.

MCXLV. DONARE alteri quid dicimus, si gratis in alterum transferimus rei nostrae dominium.

MCXLVI. ELEEMOSYNA dicitur donum, quod confertur in egenem ad vitae necessitatem.

MCXLVII. MENDICVS dicitur, qui eleemosynas petit.

MCXLVIII. DEPOSITVM dicitur res in custodiā nobis tradita.

MCXLIX.

M<sup>CXLIX.</sup> MENDACIUM vocatur eiusmodi falsiloquium, quod ad alterius damnum dolose directum est.

M<sup>CL.</sup> FALSILOQUIVM autem est quilibet sermo a mente alienus.

M<sup>CLI.</sup> VERACITAS est virtus vel habitus verum dicendi, quoties id ipsum naturae legi congruum est.

M<sup>CLII.</sup> TACITURNITAS est habitus celandi veritatem; quoties eadem cum damno est coniuncta.

M<sup>CLIII.</sup> CONTESTATIONES sunt eiusmodi voces, quibus sinceritatem nostram declaramus.

M<sup>CLIV.</sup> SINCERITAS est virtus s. habitus agendi dicendique ea, quae menti nostrae sunt consentanea.

M<sup>CLV.</sup> IVRAMENTVM est contestatio, qua Deum, tanquam testem ac vindicem, inuocamus

Cel. Haffen. in Synops. p. 244. satis apte perue bene iusitrandum ita definit: *Iuramentum est nihil aliud, quam prouocatio vindictae diuinae, sub conditione mendacii, aut perfidiae, iustum ob caussam legitime facta.*

M<sup>CLVI.</sup> PERIURIVM est iuramentum, pro mendacio confirmando praestitum.

M<sup>CLVII.</sup> MALEDICERE ALTERI dicimur, si verbis significamus, nos velle, vt alteri male sit.

M<sup>CLVIII.</sup> PACTA sunt promissiones mutuae, s. pactum est consensus plursum in unum placitum.

M<sup>CLIX.</sup>

MCLIX. C O N T R A C T V S sunt pacta, quae circa dominii translationem versantur.

MCLX. P R O M I S S I O dicitur oratio, qua alteri significamus, nos in eius gratiam quidpiam esse facturos, vel omissuros.

MCLXI. L A T R O C I N I V M vocatur ablato rei alienae, concio quidem, sed inuito domino.

MCLXII. F R A V S est actio, qua aliis, conscientiis quidem, sed falsis tamen rationibus ad assensum adductis, res suas afferimus.

O b s e r u . Hae sunt fere definitiones morales, quas cum deprehenderim per se evidentes, satisque faciles multas obseruationes adiiciendas esse, non putaui.



N

DEFI-

# DEFINITIONES POLITICAE.

MCLXIII.

**S**OCIETAS est pactum aliquod, ad communem felicitatem coniunctis viribus promouendam institutum.

Cantzius in positionibus de *vocatione Ministeriorum ecclesiae* ita definit societatem: *societas est coniunctio plurimum hominum, qui viribus & voluntatibus unitis ad certum finem contendunt.*

**MCLXIV. SALVS SOCIE TATIS** est non impedita boni communis per coniunctas sociorum vires promotio.

**MCLXV. SOCIETAS CONIVGIALIS** est societas simplex inter maritum & foeminam sive coniuges, ad procreandam atque educandam sobolem instituta.

**MCLXVI. CASTITAS** est virtus, determinans appetitum venereum legi naturali conformiter.

**MCLXVII. FORNICATIONE** est coitus, solius voluptatis gratia cum persona soluta celebratus.

**MCLXVIII. ADULTERIUM** est coitus cum maritata.

**MCLXIX. LIBIDO** est cupiditas ex coitu voluptatem capiendi.

**MCLXX. SALAX** dicitur, qui ex tactu venereo nimiam sentit voluptatem, qua impellitur ad actus legi naturali contrarios.

MCLXXI.

MCLXXI. SODOMIA est coitus hominis cum brutis

MCLXXII. PAEDERASTIA (Knabenschänderey) est coitus maris cum mare.

MCLXXIII. PVDICVS (Büchtig) dicitur ille, qui se abstinet ab eiusmodi actionibus, quae ad libidinem & aestum incitant. IMPUDICVS vero est, qui eiusmodi actiones suscipit, quae ad aestum venereum & libidinem inflammant.

MCLXXIV. POLYANDRIA est societas inter foeminam unam & plures males. POLYGAMIA est societas inter matrem unum & plures foeminas.

MCLXXV. SPONSALIA sunt mutuum promissum de societate coniugiali ineuenta, scilicet de nuptiis contrahendis.

MCLXXVI. CONCUBINATVS est, cum mas praeter foeminam suam plures sibi adiungit, coitus libidinosi causa.

MCLXXVII. MVTUVVM ADIVTORIVM est continuum mutuae sinceraeque amicitiae vel humanitatis inter coniuges studium.

MCLXXVIII. SOCIETAS PATERNA est societas simplex, quae parentes inter ac liberos viget, horum educandorum gratia.

MCLXXIX. SVSTENTATIO, quam debent parentes liberis, in eo consistit, ut ea a parentibus praestentur liberis felicitatis subsidia, quibus parandis horum vires adhuc impares existunt.

MCLXXX. GVERNATIO, qua consulent parentes liberis, in eo consistit, ut adsit prudens &

solicita earum actionum, quae liberis ad felicitatem necessariae sunt, moderatio.

MCLXXXI. L V D Y S est actio temporis fallendi causa suscepta.

MCLXXXII. P A T R I A P O T E S T A S est ius, quo gaudent parentes, actiones liberorum pro arbitratu suo determinandi.

MCLXXXIII. M A I O R E N N E S dicuntur liberi, si a patria potestate fuerint immunes.

MCLXXXIV. M I N O R E N N E S dicuntur liberi, si adhuc sunt sub patria potestate.

MCLXXXV. O B E D I E N T I A est promptitudo imperata exsequendi.

MCLXXXVI. R E V E R E N T I A, quam habent liberi erga parentes, consistit in sollicitudine illa, qua cauerint, ne quid, praesentibus parentibus, suscipiant, quod ipsis displiceat.

MCLXXXVII. T U T O R E S dicuntur personae, quae, post parentum mortem, in educandis liberis, parentum vicem subeunt.

MCLXXXVIII. P V P I L L I dicuntur liberi, qui sunt sub tutorum potestate.

MCLXXXIX. S O C I E T A S H E R I L I S est societas simplex herum inter & seruum, eum in finem instituta, ut hic, pro mercede seu necessariis sustentationis subsidiis, operas suas illi praefestet.

MCXC. S E R V V S dicitur, qui hero operas suas locat.

MCXCI. S Y B I E C T V S alter alteri dicitur, sive voluntas ipsius a voluntate alterius determinatur.

MCXCII. M A N C I P I V N dicitur seruus proprius.

MCXCIII.

MCXCIII. DOMVS est societas quaedam, ex vna pluribusue societatibus simplicioribus coagmента.

MCXCIV. RESPUBLICA est societas quaedam, ex compluribus domibus seu familiis, ad communem salutem, coniunctis viribus promouendam, tuendamque tranquillitatem, instituta.

MCXCV. MAGISTRATVS *sive* IMPERANTES dicuntur, qui in republica de rebus, ad salutem & tranquillitatem communem spectantibus, praecipiunt.

MCXCVI. SUBDITI *sive* PARENTES sunt, qui ad exsequenda magistratus iussa sunt obstricti.

MCXCVII. MONARCHIA est forma imperii, qua vnis de rebus, ad salutem & tranquillitatem communem spectantibus vel libere, vel minus libere, praecipit.

MCXCVIII. TYRANNIS est, cum persona imperans contra salutem & tranquillitatem communem studio & data opera praecipit, suaे tantum vtilitati intentus.

MCXCIX. ARISTOCRATIA est forma imperii, qua uno plures de salute & tranquillitate communis praecipiunt.

MCC. OLIGARCHIA est, cum plures personae contra salutem publicam agunt, & tantum propriam vtilitatem intendunt.

MCCI. POLITIA est imperii forma, qua populus vniuersus de rebus, ad salutem & tranquillitatem publicam spectantibus, statuit.

MCCII. DEMOCRATIA est status, quo  
N 3 plebs,

plebs, utilitatī suae tantum intentā, negligit salutem & tranquillitatem reipublicae.

MCCIII. SCHOLAE dicuntur societates docentium & discentium, in quibus in rerum salutarium cognitione instituuntur.

MCCIV. ACADEMIAE dicuntur, in quibus scientiae sublimiores, artes, itemque exercita corporis docentur.

MCCV. ACADEMIAE SCIENTIARVM dicuntur illae societates, in quibus, coniunctis viribus, incrementa scientiarum & artium promouentur.

MCCVI. TEMPLA sunt aedificia publica, quae cultus Dei publici causa, exstruuntur.

MCCVII. AEDIFICIA autem PUBLICA dicuntur illae aedas, quae in republica ad communem usum adhibentur.

MCCVIII. HONESTAS EXTERNA est convenientia actionum externarum cum lege naturae.

MCCIX. RELIGIO est cultus Dei.

MCCX. DVELLIVM est decertatio duarum personarum, qua iniurias illatas armis lethiferis vindicare fludent.

MCCXI. NOSPROMIA sunt aedificia publica, in quibus aegroti pauperes curantur & fouentur.

MCCXII. SCRIPTVM FAMOSVM, quod vocant pasquillum, est eiusmodi scriptum, quod, recte nomine, in alterius contumeliam editur.

Cel, noster *Hassenius* in Synops. p. 312. pos. 116. pasquillum ita definit: est scriptum, quo graue aliquod & famosum crimen, (vt adulterium, furium, latrocinium, vel scortum) dolo malo alteri obiicitur.

MCCXIII.

MCCXIII. LEGES CIVILES sunt normae, secundum quas in republica actiones nostras instituere obligamur.

MCCXIV. POTESTAS dicitur libertas, iussa promulgandi.

MCCXV. SUMMA POTESTAS (SOVVERAINETE) est potestas illimitata.

MCCXVI. LEGES FUNDAMENTALES sunt regulae, quibus potestatis atque potentiae limitationes continentur.

MCCXVII. THESAVRARIUS est, qui pecunias, in usum publicum exactas, recipit & erogat.

MCCXVIII. DUX BELLI est persona, a cuius nutu pendet miles, ipse autem a iussu imperantis, ad leges quasdam fundamentales status attemporato.

MCCXIX. IUS DENOMINANDI est potestas, collegio concessa, ut, si munus quod vacet, nominent personas duas, vltres, dignas ipsorum iudicio, quae eidem admoueantur.

MCCXX. TRIBUNAL APPELLATIONVM est summum illud tribunal, quo iudici superiori, qui de caussis grauioribus ius dicit, examinare & reformare licet sententiam, ab inferiori latam, si pars alterutra litigantium in ea acquiescere nolit.

MCCXXI. APPELLATIO est illa prouocatio ab iudice inferiori ad superiorem ob latam ab isto sententiam.

MCCXXII. HOMAGIVM est iuramentum, quod praefstant subditi imperanti, ad imperium euecto.

MCCXXXIII. TRIBVNAL QVODDAM CRIMINALE SVMMVM est, ad quod mittenda sunt acta inquisitionis, ita, vt sententia lata executioni demandari nequeat, nisi ab eodem, summi imperantis nomine, confirmata.

MCCXXXIV. CONFRONTATIO est, cum testes, praesente reo, testimonium deponunt, & eius assensum urgunt, si scilicet neget pertinaciter reus, quae consensu testium iuratorum confirmantur.

MCCXXV. CONSILARI I sunt personae, quorum consilio in rebus decernendis summus imperans vtitur.

MCCXXVI. FOEDERA sunt pacta de coniungendis viribus adversus hostem alterutrius partis.

MCCXXVII. ELEEMOSYNARIA sunt aedificia publica, quibus eleemosynarii consulunt egestatis temporum emendantium.

MCCXXVIII. ERGASTULA sunt aedificia publica, in quibus ad labores vi compelluntur maleficiati, donec ad saniores mentes redeant.

MCCXXIX. AERARIUM PVBLICVM est, ex quo pecunia mutuo datur modicas usuras soluturis.

MCCXXX. HOMICIDIVM DOLOSV M est actio, qua quis mortem alteri infert, cum eam, vel minorem laesionem, intenderet.

MCCXXXI. HOMICIDIVM CASVALE est actio, qua quis, nulla sui culpa, praeter intentionem, alteri mortem infert.

DEFI-

# DEFINITIONES PHYSICAE.

MCCXXXII.

**P**O RI C O R P O R V M dicuntur interstitia, vacua ab ea materia, ex qua constant corpora.

MCCXXXIII. C O R P V S A B S O L V T E D V R V M dicitur; quod caret interstitiis, ab ea materia vacuis, ex qua constat.

MCCXXXIV. C O R P V S R A R V M dicitur, si interstitia in sensus incurruunt. C O R P V S autem D E N S V M dicitur, si interstitiola fuerint rariora & exilia.

MCCXXXV. C O R P V S P O R O S V M dicitur, si materia cohaerens corporis appareret densa, sed interstitiis seu poris admodum patulis distincta.

MCCXXXVI. C O R P V S D Y R V M est, si particulae corporis difficulter cedunt tactui, ut difficilis earum ab inuicem sit separatio.

MVCXXXVII. C O R P V S T E N V E dicitur, si moleculae corporis in sensum incurrentes fuerint valde exiguae.

MCCXXXVIII. C O R P V S V E R O C R A S S V M dicitur, si moleculae fuerint maiores.

MCCXXXIX. C O R P V S A S P E R V M est, si in superficie corporis moleculae quaedam eminent ultra intermedias.

MCCXL, C O R P V S L A E V E, si molecularum superficies, in corporis superficie sitarum, continuas apparent.

N 5

MCCXLI.

MCCXLII. CORPVS FLVIDVM dicitur, si ea fuerit materiae variabilis & interlabentis quantitas, vt materiae constantis particulae a mutuo contacu diuellantur.

MCCXLII. CORPVS MOLLE dicitur, si particulae corporis facile cedunt tactui, vt facilis earum sit ab inuicem separatio.

MCCXLIII. CALOR consistit in motu peculia-  
ris cuiusdam fluidi subtilis, ex uno corpore in aliud transeuntis.

MCCXLIV. CORPVS CALIDVM dicitur, quod manu nostra calidius, calorem contingentem im-  
pertitur.

MCCXLV. CORPVS FRIGIDVM dicitur, quod minus calidum, a contingente calorem recipit.

MCCXLVI. GRAVITAS corporum est illa corporum affectio, qua illa versus centrum terrae tendunt.

MCCXLVII. STELLAE FIXAE dicuntur illae stellae, quae eandem constanter a se inuicem distan-  
tiam seruant.

MCCXLVIII. PLANETAE dicuntur stellae, quae ab occasu versus ortum ad alias aliasque pro-  
grediuntur.

MCCXLIX. AETHER dicitur illa materia, quae vehiculo luminis inferuit.

MCCL. VENTVS appellatur aëris motus, quem nubium motus & vela atque aplustra nauium produnt.

MCCLI TEMPESTATES appellantur mutatio-  
nes atmosphaerae sensu perceptibiles.

MCCLII. TEMPESTATES STATAE sunt, si stato tempore redeunt.

Di-

Dividuntur haec tempestates in verem, aestatem, autumnum, & hiemem.

**MCCLIII. METEORA** dicuntur, quae in atmosphera nostra genita in conspectum veniunt.

**MCCLIV. NEBULA** est congeries vaporum crassiorum in vicinia collectorum,

**MCCLV. NUBES** sunt vaporum congeries in sublimi collectorum,

**MCCLVI. NUBES PLUVIA** s. **GRAVIS** dicitur, quae vaporibus crassioribus, in guttulas confluentibus, vel guttulis, ex vaporum conglaciatorum in aquam resolutione ortis constant,

**MCCLVII. IMBER** dicitur, si aer fuerit leuis, vel guttae maiores & plures vna formentur,

**MCCLVIII. NIMBUS** est, si impetus venti sistatur simul, vt integra nubes, veluti uno imo, descendat,

**MCCLIX. GRANDO** sunt grana glacialia,

**MCCLX. TERRAE MOTVS** est illae naturae effectus, cum terra tremit in superficie, imo valide concutitur, vt aedificia superstructa similem tremorem concipient, imo subinde prorsus concidant,

**MCCLXI. MASTICATIO** est illae actus animalis, quo cibus, ore assumptus, dentibus incisoris dissecatur in frusta, molaribus autem comminuitur, saliu affluente permixtus.

**MCCLXII. CIRCULATIO SANGVINIS** est continuus ille motus sanguinis, quo sanguis ex pulmone ad cor per venam pulmonalem reddit, & a sinistra cordis ventriculo infusus, motu cordis in arteriam

teriam magnam exprimitur, pér cùius ramos ad omnes corporis partes defertur, vnde pér ramos venarum redit in venam cauam, dextro cordis ventriculo iterum infundendus.

MCCLXIII. SYSTOLE VOCATVR motus iste, quo cor constringitur.

MCCLXIV. DIASTOLE est motus, quo cor dilatatur.

MCCLXV. PULSVS CORDIS dicitur motus cordis per arterias continuatus.

MCCLXVI. VITA dicitur is status, quo functionibus animalibus, veluti nutritioni, sensationi & motibus, locus est.

Obseru. Non dubito, quin plures adhuc in Physicis supuentant definitiones, quae annotari mereantur. Cum vero instituto meo minus consentaneum sit, plures, quam in Thünimij institutionibus phil. Wolfi, deprehenduntur, definitiones adferre, egoque praeterea totam hanc philosophiam definitiuvam ea lege cum publico communicauerim, ut definitiones, in addiscenda philosophia vel maxime necessariae, i. e., Logicae, Metaphysicae, atque Morales, auditoribus meis redderentur familiares, excusatiū peccasse mihi videor, quod iusto brevior in adducendis definitionibus physicis furerim. Cuius interest, plures nosse definitiones physicās, vel Verdriesii Physicām euoluat, vel Loescheri Physicām Theoreticā & Experimentalem compendiosam adeat, vel alios in subsidium adhibeat.

Praeterea complures definitiones Physicæ iam allegatae & explicatae sunt in Cosmologia, vbi generalia principia Physices fuerunt adducta. Adeas itaque, L. B. Cosmologicas definitiones p. 99. sqq. iam exhibitas, vbi, quae hic in Physicis desiderari posse videntur, reperies.



PRAECI-

PRAECIPVA  
THEOREMATA  
PHILOSOPHIAE  
RECENTIORIS.



# POSITIONES LOGICAE.

## I.

**C**OGNITIO HISTORICA ope sensuum acquiritur.

II. Cognitio historica est infimus cognitionis humanae gradus.

III. Cognitio historica est fundamentum cognitionis philosophicae.

IV. Cognitio ergo historica non est philosophatu contemnenda, sed ipsi cetera asserta sunt superstruenda.

V. Nulla res, quaecunque etiam fuerit, est eiusmodi, quin eiusdem cognitio philosophica dari possit.

VI. Qui cognitione philosophica instructus est, non ipsas modo res vel veritates cognoscat, oportet, sed veritatem quoque rerumque nexus perspicere debet.

VII. Ad acquirendam cognitionem philosophicam non soli sufficient sensus, sed recta requiritur ratio.

VIII. Qui veritates cognoscit philosophicae, easdem demonstrare nouit.

IX. Qui de aliqua re philosophatur, eius rei, de qua philosophatur, rationes & causas debet nosse.

X. Cum philosophica cognitione cognitio mathematica est coniungenda, vbi summae, quae datur, certitudini studueris.

## XI.

XI. In philosophia reddenda est ratio, cur possibilia actum consequi possint.

XII. Philosophia & cognitio philosophica differtur a se inuicem, & philosophia recte dicitur habitus cognitionis philosophicae.

XIII. Non ille statim vocandus est philosophus, qui huius alteriusque obiecti cognitione philosophica gaudet.

XIV. Philosophus debet habitu asserta sua demonstrandi esse instructus.

XV. Philosophus gaudeat necesse est scientia.

XVI. Philosophus asserta sua certis & indubitatis principiis superstruere debet.

XVII. Is in tradendis veritatibus, vel etiam in cogitando, ordo est philosopho obseruandus, vt principia certa & indubitate praemittantur & prae-fulciantur, & ex his nexus legitimo cetera asserta deducantur.

XVIII. In ordinè, quo philosophus in tradendis veritatibus vtitur, ea sunt praemittenda, per quae sequentia intelliguntur.

XIX. Ordo, quo philosophus in dogmatibus tradendis vti debet, requirit, vt nullus admittatur terminus, nisi qui accurata definitione fuerit iam ante explicatus.

XX. Philosophus vti debet methodo mathe-matica.

XXI. Methodi mathematicae leges sunt, vt ( $\alpha$ ) nulli termini vagi & indeterminati adhibeantur, sed nonnisi illi, qui per definitiones legitimas sunt determinati. ( $\beta$ ) Vt principia certa praestruantur, ex iisque conclusiones rite & demonstratiue deducantur.

cantur. ( $\gamma$ ) Vt praemittantur ea, vnde cetera intel-  
liguntur & demonstrantur.

XXII. Quae sunt methodi mathematicae leges;  
eadem sunt methodi philosophicae, vt adeo me-  
thodus mathematica & philosophica sint vna eadē-  
que methodus.

XXIII. In stylo philosophico vel maxime est ra-  
tio habenda perspicuitatis.

XXIV. In stylo philosophico cuilibet voci & cuilibet  
phrasī constans significatus est tribuendus.

XXV. Omnis ornatus, qui sermonis perspicuitati  
officit, ex stylo philosophico est proscribendus.

XXVI. Philosopho, qui méthodo vtitur philoso-  
phica, concedenda est libertas philosophandi.

XXVII. Sine libertate philosophandi nulla dantur  
aut exspectari possunt incrementa scientiarum.

XXVIII. Philosophia est vel theoretica siue contem-  
plativa, vel practica.

XXIX. Philosophia theoretica vel circa res, ex  
materia concretas, vel circa res, ab eadem seiunctas,  
verfatur.

XXX. In disciplinarum pertractione primo omnium,  
loco pertractanda est Logica.

XXXI. Metaphysica, siue philosophia prima est  
praenitenda & Physicae & Philosophiae morali.

XXXII. Datur omnino Logica naturalis.

XXXIII. Qui Logica vtuntur naturali in cognos-  
cendo vero, regulis quibusdam dirigantur, nece-  
sse est

XXXIV. Ii, qui secundum Logicam natura-

O

lem

lem actiones suas instruunt, regulas; secundum quas iudicant aut ratiocinantur, non distincte perspiciunt.

**XXXV.** Illi, qui sola Logica naturali sunt contenti, saepissime labi & errare possunt.

**XXXVI.** Logica naturalis recte appellatur Logicae artificialis distincta explicatio siue explicata effigies.

**XXXVII.** Logica artificialis a naturali non differt essentialiter.

**XXXVIII.** Logica artificialis multum antecellit Logicae naturali.

**XXXIX.** In Logica naturali regulae deduci debent ex natura mentis humanae, eiusque modo agendi.

**XL.** Eruditorum nemo potest sola Logica naturali esse contentus, sed illi adiungat adhuc Logicam artificialiem.

**XLI.** Logica artificialis optime ita pertractatur, ut dispescatur in partem theoreticam & practicam.

**XLII.** Non sine ratione, & veteres, & recentiores ita tractant Logicam theoreticam, ut eam secundum tres mentis operationes disponant.

**XLIII.** Omnis idea est vel clara vel obscura.

**XLIV.** Ad claram ideam siue notionem alicuius rei obtinendam requiritur usus sensuum, cum attentione coniunctus.

**XLV.** Hoc clarior euadit idea, quo pluribus sensibus rem quampliam perceperis.

**XLVI.** Idea obscura fit clara, ope attentionis.

**XLVII.** Cum nobis est idea de aliqua re obscura,

ra, cauendum est, ne alteri quoque statim esse obscuram ideam eiusdem rei existimemus.

XLVIII. Ideae clarae, neglecta attentione, fiunt obscurae.

XLIX. Idea clara recte diuiditur in ideam distinctam & confusam.

L. Cum de aliquo obiecto habueris ideam distinctam, tum de notis, istud obiectum constituentibus, habebis ideam claram.

LI. Cum de obiecto aliquo habueris ideam confusam, tum de notis, obiectum istud constituentibus, habebis ideam obscuram.

LII. Attentio ad ideas distinctas acquirendas vel in primis facit.

LII. Si distinctam alicuius rei ideam habueris, tum illam poteris cum aliis per voces communicare.

LIV. Criterium vero notionis confuse est, cum eam per voces cum aliis communicare non possumus.

LV. Quicquid nobis sensibus repraesentamus, id confuse nobis repraesentamus, & recte affirmatur, representationes sensuales, quae tales, esse confulas.

LVI. Si cum altero debet communicari idea confusa, obiectum, cuius habetur idea confusa, alterius sensibus obiciatur, siue ostendatur, necesse est.

LVII. Lumen mentis humanae consistit in statu clararum & distinctarum idearum.

LVIII. Crescente cognitione rerum clara & distincta, crescit lumen mentis.

LIX. Idea distincta recte diuiditur in completam & in incompletam.

LX. Recte porro idea distincta distinguitur in adaequatam & in inadæquatam,

LXI. Idea adæquata oritur ex idea distincta notarum characteristicarum.

LXII. De omnibus rebus ideas adæquatas formare nobis non possumus.

LXIII. In analysi notionum non possumus in infinitum progredi.

LXIV. Individuum omnimode est determinatum.

LXV. Idea individualis sicut nobis nimis multas circumstantias, omnimodasque determinationes.

LXVI. Notiones specierum & generum sunt notiones uniuersales.

LXVII. Notiones speciertum & generum formantur abstractione.

LXVIII. Notiones sunt uniuersales ex singularibus, mediante abstractione.

LXIX. Genera & species non existunt, nisi in individuis.

LXX. Omnibus individuis siue singularibus insunt uniuersalia.

LXXI. Individua sunt fundamenta generis & specie.

LXXII. Plus est in individuis, quam est in specie.

LXXIII. Plus est in specie, quam in genere.

LXXIV. A determinata specie non concludi debet ad genus.

LXXV. Genus cum sua specie non potest reciprocari.

LXXVI.

*LXXXVI.* Non omne id, quod repugnat speciei, ideo repugnat generi, id vero, quod repugnat generi, repugnat quoque speciei.

*LXXXVII.* Ideæ omnes formantur vel per sensationem, vel per abstractionem, vel per arbitrariam combinationem.

*LXXXVIII.* Ideæ meliorantur potissimum attentione.

*LXXXIX.* Deteriorantur ideæ, neglecta repetitio ne & attentione.

*LXXX.* Voces sunt signa conceptum arbitraria.

*LXXXI.* Cum ad alios verba facimus, tum ideo voces adhibemus, vt alii, cum quibus loquimur, nos intelligant.

*LXXXII.* Cum qualibet voce debet conceptus esse coniunctus,

*LXXXIII.* Ex scholis philosophorum sunt proscribendae voces, mente casiae, siue termini notionem deceptricem significantes.

*LXXXIV.* Terminis obscuris in explicandis animi sensibus philosophus vti non debet.

*LXXXV.* Cauendum est, ne sub una voce comprehendamus plures uno conceptus.

*LXXXVI.* Philosopho sunt evitandæ voces vagae & interminatae, sed non nisi adhibenda vocabula fixi significatus.

*LXXXVII.* Termini aequiuoci sunt ex scholis philosophorum proscribendi.

*LXXXVIII.* Cauet philosophus, ne terminis impropriis & metaphoricis vtatur in exprimendis animi cogitationibus.

LXXXIX. Philosophus in adhibendis terminis semper debet respicere ad usum loquendi, nec a recepto vocum significatu recedere.

XC. In definitione debent recenseri notae characteristicæ, definitum ab aliis rebus discernentes.

XCI. Non omnium rerum ideae, quas hominum capit intellectus, definitione possunt ab hominibus declarari.

XCII. Non autem qualescumque notae in definitione recenseri debent, sed tales, quae sufficient ad rem definitam ab omnibus aliis rebus in omni casu, in omni statu & tempore discernendam.

XCIII. Notae in definitione recensitae non debent aliis rebus, praeter definitum, competere.

XCIV. Notae conueniant omnibus ac singulis vel speciebus, vel individuis, sub definito comprehensis.

XCV. Definitio non debet esse latior, neque angustior suo definito.

XCVI. Definitio debet esse adaequata suo definito.

XCVII. Definitio debet cum definito reciprocari, siue debet esse reciproca.

XCVIII. Definitio & definitum sunt reuera eadem.

XCIX. Cui conuenit definitio, eidem quoque conuenit definitum.

C. Definitionem non debent ingredi modi siue accidentia.

CI. In definitione debent recenseri essentialia siue attributa rei definitae.

CII.

CII. In definitionibus vti debemus terminis claris.

CIII. Atque adeo definitiones non debent esse obscurae.

CIV. Definitiones non debent esse obscurae, sed perspicuae.

CV. Ad perspicuitatem definitionum multum confert, si termini, definitionem ingredientes, prius definiantur & rite determininentur.

CVI. Definitio non debet idem per idem explicare.

CVII. Definitio non debet esse synonymica.

CVIII. Definitum non ingredi debet definitio-nem.

CIX. Cauendum est, ne termini, qui definitio-nem ingrediuntur, definiantur rursus per ipsum de-finitum.

CX. Circulus in definiendo sollicite est evitan-dus.

CXI. In definitionibus non vti debemus terminis vagis, indeterminatis & impropriis siue metaphoricis, sed vtendum est terminus propriis & fixis.

CXII. In definitionibus formandis debemus termi-nos adhibere in recepto significatu.

CXIII. In definitionibus abstinentiam est a termi-nis, qui negationem inferunt.

CXIV. In accurata definitione genus & differen-tia specifica requiritur.

CXV. Definitiones nominales sunt arbitrariae.

CXVI. Omnia finita possunt definiri realiter.

CXVII. Realis definitio de Deo dari nequit.

**CXVII.** Ad realem definitionem condendam requiritur, ut causas obiecti inquiramus, vt, si quid earum quaelibet ad hoc producendum contulerit, dispiciamus.

**CXVIII.** Membra diuidentia, simul sumta, debent esse adaequata diuisio, i. e. diuisum nec plus, nec minus complectatur, quam omnia membra diuidentia simul.

**CXIX.** Membra diuidentia sibi repugnant, nec unum eorum debet continere alterum.

**CXXI.** Diuisio nihil contineat obscuritatis, adeoque termini eultentur, nihil significantes,

**CXXII.** Tot membra diuidentia constituantur, quot ipsa rei diuisae natura suppeditat.

**CXXIII.** Diuisio non faciat saltum, & cauendum maxime est, ne, si membra contradictione opposita opponantur, deinceps loco termini negatiui substituatur terminus positivis, non perfecte aequipollens.

**CXIV.** In omni iudicio debet adesse res, de qua aliquid affirmatur, vel negatur, & debet quoque adesse aliquid, quod affirmatur & negatur, i. e. subiectum & praedicatum.

**CXXV.** Praeter subiectum & praedicatum in omnibus quoque propositione debet adesse copula.

**CXXVI.** Vniuersitas propositionis minus recte cognoscitur ex signo vniuersalitatis praeposito.

**CXXVII.** Propositiones indefinitae in communis sermone aequipollent vniuersalibus.

**CXXVIII.** Non plures idonee ad omne ratiocinium recipiuntur, quam tres, & tria tantum iudicia adesse debent.

**CXXIX.**

**CXXXIX.** Omnis syllogismus tot constare debet terminis atque propositionibus, quot ratioçinum notiobus atque iudicijs constat.

**CXXX.** Syllogismus nec plures nec pauciores debet continere terminos, quam tres.

**CXXXI.** Omnis syllogismus tribus constare debet propositionibus.

**CXXXII.** Quatuor tantum figurae syllogismi sunt possibles.

**CXXXIII.** Medius terminus nunquam debet integrandi conciliatio esse.

**CXXXIV.** Ex puris particularibus nihil sequitur.

**CXXXV.** Ex puris negantibus nihil sequitur.

**CXXXVI.** Non sit plus vel minus in conclusione, quam fuit in praemissis.

**CXXXVII.** Conclusio sequi debet partem suam debiliorem, i. e. si una praemissa fuerit vel particularis, vel negatiua, tunc conclusio quoque debet esse particularis vel negatiua.

**CXXXVIII.** In prima figura maior propositio semper debet esse uniuersalis.

**CXXXIX.** Propositio minor in prima figura non debet esse negatiua, sed affirmatiua.

**CXL.** Cum conclusio in prima figura uniuersaliter affirmatur, tum utraque praemissarum uniuersaliter affirmans esse debet.

**CXLI.** Quoties in prima figura conclusio fuerit uniuersaliter negans, maior propositio debet esse uniuersaliter negans, minor vero uniuersaliter affirmans.

**CXLII.** Cum in prima figura conclusionem

particularem, eamque affirmantem habueris, tunc maior propositio debet esse vniuersalis, & quidem affirmans, minor vero affirmet particulariter.

CXLIII. Quoties in prima figura conclusio fuerit particularis, & quidem negans, toties maior propositio debet esse negatiua, & quidem vniuersaliter, & minor propositio debet esse particulariter affirmans.

CXLIV. In secunda figura maior propositio semper debet esse vniuersalis, & conclusio semper sit negatiua.

CXLV. In tertia figura minor semper sit affirmans, & conclusio sit particularis.

CXLVI. Prima figura omnibus conclusionibus, cuiuscunque sint qualitatis aut quantitatis, inferendis sufficit.

CXLVII. Prima figura pro perfectissima merito habetur, & reliquis omnibus multum praefat.

CXLVIII. Si in entyinemate praemissa & conclusio idem habuerint subiectum, tunc deest maior propositio, si vero praemissa & conclusio vnum idemque habuerint praedicatum, tum deest minor propositio.

CXLIX. Triplex datur syllogismus compositus, conditionalis siue hypotheticus, disiunctiuus, & copulatiuus.

CL. Ad spurias minusque legitimas in syllogismi hypotheticis figuras merito referimus, quando argumentamur a remotione antecedentis ad remotionem consequentis.

CLI. Spurius item modus concludendi syllogismis hypotheticis est, cum argumentamur a positione consequentis ad positionem antecedentis.

CLII.

CLII. Inductio recte diuiditur in completam & in incompletam.

CLIII. In Sorite omnes propositiones, quae inter primam & ultimam reperiuntur, sint vniuersales.

CLIV. Omnes præmissæ in Sorite debent esse affirmatiuae, ultima autem potest esse negatiua.

CLV. Veritas in iudiciis nostris reperitur, cum ideas, quae combinandæ sunt, combinamus, & illas ideas, quae separari debent, a se disiungimus.

CLVI. Ad propositionem veram requiritur, ut praedicatum non repugnet subiecto.

CLVII. In omni ratiocinatione ex præmissis veris non potest non legitime fluere vera conclusio.

CLVIII. Quicunque errat, affirmanda negat, & neganda affirmat.

CLIX. Praeiudiciorum origo & prima incunabula sunt quaerenda in corrupto intellectu.

CLX. Qui præiudicia euitare vult, tamdiu iudicium suum suspendere debet, donec veritatis rationes intrinsecas intimius & distinctius perspiciat.

CLXI. Dubitatio ad quodvis præiudicium euitandum apprime utilis est.

CLXII. Vna eademque propositio vni potest esse certa, alteri incerta.

CLXIII. Nos ea tantum, quae existunt, experimur, nec, nisi individua & singularia pro obiecto habet experientia.

CLXIV. Omnis ille, qui thesin quamquam probaturus, ad experientiam prouocat, debet causum quendam singularem & factum in individuo allegare.

CLXV.

**CLXV.** Illud, cuius nullam formamus notionem, per experientiam constare nequit.

**CLXVI.** Omnis experientia dispescitur in externam & internam, item in vulgarem & artificalem.

**CLXVII.** Sensus, positis omnibus ad sentiendum requisitis, nos non fallunt.

**CLXVIII.** Qui sensibus recte vti vult, eosdemque ita adhibere, vt ipsis sua constet certitudo; illius organa sensoria ita comparata sint, vt nullo vitio vel morbo laborent.

**CLXIX.** Ne mens, secundum sensus iudicans, fallatur, ea, quae sentimus, attentius paullo contemplari debemus.

**CLXX.** Qui in iudicio, ad sensus formato, non vult falli, ad tot sensus rem redigat perceptam, ad quod redigi potest,

**CLXXI.** Si iudicium, quod sensibus stat, fallere non debet, opus est, vt iusta adsit distantia organorum sensoriorum & objectorum.

**CLXXII.** Circa experientiam id maxime cauendum est, ne vitium subreptionis committamus.

**CLXXIII.** Quascunque notiones nobis, ope experientiae, formamus immediate, sunt non nisi individuales.

**CLXXIV.** Quae per experientiam formantur, iudicia non nisi sunt singularia.

**CLXXV.** Notiones distinctae vniuersales siue definitiones per experientiam formantur, si, quod in pluribus casibus individuis perpetuo idem est, retinetur, ea vero, quae mutabilia sunt, reiciuntur.

**CLXXVI.**

**CLXXXVI.** Propositiones, ex experientia legitime formatae, sunt certae.

**CLXXXVII.** Definitiones legitimae itidem pro certis propositionibus haberi debent.

**CLXXXVIII.** Axiomata & postulata certae sunt propositiones.

**CLXXXIX.** Duo fontes sunt certitudinis, alter ex experientia, alter ratio sive demonstratio.

**CLXXX.** Inter principia demonstrandi merito referuntur experientiae, definitiones, axiomata & postulata.

**CLXXXI.** Syllogismorum usus in demonstrando est indispensabilis.

**CLXXXII.** Criculus in demonstrando est solitudo euitandus.

**CLXXXIII.** Quaecunque propositio est legitime demonstrata, illa est certo vera.

**CLXXXIV.** Qui omnia requisita ad veritatem adesse nouit, is veritatem certo cognoscet, oportet.

**CLXXXV.** Hoc probabilior est propositio, quo plura requisita ad veritatem adsunt, ob quae praedicatum subiecto tribuitur.

**CLXXXVI.** Omne probabile debet esse possibile, non omne possibile probabile.

**CLXXXVII.** Discremen, quod inter demonstratum sive apodicum syllogismum, & syllogismum probabilem sive dialecticum intercedit, non in forma, sed in materia quaerendum est.

**CLXXXVIII.** Propositio, quae nobis probabiliter vera est, potest esse falsa.

**CLXXXIX.**

**CLXXXIX.** Probabilius est testimonium viri prudentis, & iudicandi maturitate gaudentis, quam hominis simplicis & rudis, si res narrantur quae attentionem requirunt.

**CXC.** Cum facta narrantur, quae non nisi vsum sensuum, nec multam adeo attentionem requirunt, testimonium hominis plebeii & rudis eandem meretur fidem, quam eruditii cuiusdam & prudentis viri, quin imo nonnunquam maiorem, si scilicet & affectus suspicio adsit, & partium studium metuitur.

**CXCI.** Testi, quem partium studio occupatum esse, ex nonnullis circumstantiis colligimus, parum fidei haberi debet; contra testi, quem, neutrarum partium esse, ex narrationis circumstantiis concludimus, maior habenda est fides.

**CXCII.** Auctoritas testis oculati potior est testimonio testis aurilis, illique semper tutius creditur, quam huic.

**CXCIII.** Quod testes coaeui narrant, probabilius iudicatur, quam quod homines, qui multo post vixerint, referunt.

**CXCIV.** Si idem, quod testis coaeuus narrat, plures eodem modo, iisdemque circumstantiis, narrant, tum probabilitati testimonii nihil accedere potest.

**CXCV.** Si factum narratur, in quo circumstantiae occurunt, sibi inuicem repugnantes, tum nulla adest probabilitas.

**CXCVI.** Si factum insolitum & mirabile narratur, probabilius est testimonium, cum plures idem narrant, quam si pauciores.

**CXCVII.**

**CXCVII.** Quae historicae narrantur, tutius creduntur, quam quae oratorie aut poëtice.

**CXCVIII.** Qui fensum scriptoris interpretando eruere vult, is calleat linguam, qua scriptor mentem suam explicauit.

**CXCIX.** In interpretando probe attendendum est ad scriptoris affectum, sectam, munus, aetatem, scopum &c.

**CC.** Auctorem, quem interpretari volumus, dijudicemus ex notionibus domesticis, atque adeo caueamus, ne ex notionibus nostris de scriptorum sermone iudicemus.

**CCI.** Neque cum amore, neque cum odio personali, aut praeiudiciis quibuscumque ad interpretationem accedamus.

**CCII.** In interpretando antecedentia & consequentia sollicite sunt conferenda, nec extra contextum verba scriptoris sunt consideranda.

**CCIII.** Loca auctoris parallela sunt conferenda studiosius.

**CCIV.** Sensui litterali & proprio tamdiu inhaerendum, quamdiu sensus litteralis cum circumstantiis textus conuenit.

**CCV.** Benignior & senior interpretatio est praeferranda otiosae.

**CCVI.** Alia opinio est probabilis, alia improbabilis.

**CCVII.** Omnis opinio est mutabilis.

**CCVIII.** Opinio probabilis potest esse saepe falsa.

**CCIX.** Omnis ille, qui legitime meditari cupit, id agat, vt cogitationes suas bonae methodi requisitis conuenienter instituat.

**CCX.**

CCX. Qui legitime & feliciter meditari volunt, plures debent habere perspectas veritates.

CCXI. Qui feliciter meditari vult, adferat prae ceteris omnibus attentionem, & animum a praeiudiciis liberum.

CCXII. Qui meditari vult, debet ante omnia de principiis, quibus ceteras veritates superstruat, esse sollicitus.

CCXIII. Ad meditationem praecipue requiritur, ut rem illam, de qua meditamus, accurate definiamus, singulosque terminos rite determinemus.

CCXIV. Libri sunt vel dogmatici, vel historici.

CCXV. Lecturus & diadicaturus aliquius scriptum, eosdem conceptus cum verbis auctoris coniungat, necesse est.

CCXVI. Qui de ordine libri dogmatici iudicare vult, videat imprimis, num legitimae experientiae definitiones & axiomata, tanquam principia demonstrandi indubitata, praemittantur.

CCXVI'. Qui de soliditate scripti dogmatici iudicare vult, attendat, num omnia sint rigorose, & secundum regulas Logicas, demonstrata.

CCXVIII. Scriptum scientificum dogmaticum systematice conscribi debet.

CCXIX. Qui alterum vult doceré, dono perspicuitatis gaudeat.

CCXX. Ille demum docere debet, qui rem, quam docet, distincte intelligit.

CCXXI. Docens singulos terminos accurate definit, neque in vocibus vagis acquiescat.

CCXXII. Docens bonae methodi leges exacte sequatur.

CCXXIII.

**CCXXIII.** Docens propositiones omnes in suam thesin & hypothesin resoluat, & demonstrationum, ab aliis allatarum, analysin instituat.

**CCXXIV.** Docens instructus sit dono docendi, i. e. expedite, promte, & cum suauitate aliqua sensa animi exprimat.

**CCXXV.** Docens id agat, vt, quos docet, de veritatis certos reddat.

**CCXXVI.** Docens habitu demonstrandi & ratiocinii sua concatenandi, debet esse instructus.

**CCXXVII.** Soliditas est palmaria virtus docentis.

**CCXXVIII.** Docens in docendo id intendere debet, vt alios, quos docet, de veritate vel falsitate propositionis conuincat.

**CCXXIX.** Conuincimus alios vel a priori, siue per demonstrationem, vel a posteriori, siue per experimentiam.

**CCXXX.** Conuictio a priori est vel ostensiua, vel apagogica.

**CCXXXI.** Qui alterum conuincere vult, ille id agere debet, vt explicet propositionem, de qua conuictio debet institui.

**CCXXXII.** Qui conuincendus est, debet in demonstrationibus esse veritus.

**CCXXXIII.** Qui conuinci vult, debet attentionem adferre.

**CCXXXIV.** Cauendum est, ne eius, quem de veritate vel falsitate propositionis conuincere volumus, attentionem turbemus.

**CCXXXV.** Nos non debemus illum, quem conuincere allaboramus, turbulentis affectibus implere.

**CCXXXVI.** Fugienda sunt conuicia & omnia scommata, si alterum conuincere nitimur.

**CCXXXVII.** Quicunque alterum refutare vult, ille debet demonstrare falsitatem propositionis, quam alter pro vera habet.

**CCXXXVIII.** Propositio vera non potest refutari.

**CCXXXIX.** Propositio, quae legitime demonstrata est, non potest refutari.

**CCXL.** Quicunque propositionem suam legitime demonstrauit, contrariam refutauit.

**CCXLI.** Si alter, quem confutare vis, incommoda vsus fuerit dictione, admoneri poterit, ut dictiōnem corrigat.

**CCXLII.** Directe refutaturus alterum, ostendat modum, quo alter in errorem inciderit, specialiusque indicet errorem, aut in principiis, aut in modo concludendi, commissūm.

**CCXLIII.** In refutando a consequentiis periculis, quae non animo refutandi, sed nocendi formentur, est abstinendum.

**CCXLIV.** Consequentiarii in refutando stolidissime agunt.

**CCXLV.** Argumentum, ab inuidia ductum, in confutando neutiquam est adhibendum.

**CCXLVI.** Si propositio aliqua reuera refutata est, tum defensio nullum potest habere locum, quamvis defensio tentari possit.

**CCXLVII.** Si propositio aliqua reuera demonstrata est, eademque ab aliis impugnatur, non opus est, ut eam multis defendas, cum certum sit, eam refutari non posse.

**CCXLVIII.**

**CCXLVIII.** Si sensus verborum viadicandus est, fatis te defendisti, si, quid tibi velis per verba, demonstraueris. Si notionem, quam cum verbis tuis coniungis, pertinaciter reiicit aduersarius, aut malitiose verba in alium sensum detorquet, non amplius opus est defensione.

**CCXLIX.** Si impugnans vel principia erronea, vel modum argumentandi falsum, tibi vult imputare, in defensione opus est, ut, principia tua legitima esse, commonstres, itemque, ut vitium formae, per ignorantiam regularum Logicarum, imputari tibi doceas.

**CCL.** Si impugnans consequentiam, ex tuis assertis elicitam habuerit pro absurdita, tum in defensione demonstrandum est, aut consequentiam esse legitimam, aut saltem ex tuis assertis non fluere.

**CCLI.** Contra impugnantem, qui iniuriis potius & conuiciis, quam argumentis, militat, non opus est defensione.

**CCLII.** Qui disputant, debent semper in terminis contradictoriis versari.

**CCLIII.** Qui disputare de arguento aliquo nolunt, argumentum, de quo disputatur, probe intelligant.

**CCLIV.** Disputaturi linguam calleant, & praesentes sint animi.

**CCLV.** Disputari ab affectibus vacui sint.

**CCLVI.** Disputaturi conueniant in notionibus subjecti & praedicati.

**CCLVII.** Disputandi methodi variae sunt, quibus tamen omnibus methodus syllogistica merito praeferitur.

# POSITIONES METAPHYSICAE. EX ONTOLOGIA.

## I.

**P**ropositiones in ontologia debent demonstrari.

II. In ontologia tractantur notiones vniuersalissimae, & propositiones communissimae.

III. In ontologia veritates sunt ita connectandae, ut principia certa & indubitata praemittantur, & ex his cetera asserta deducantur.

IV. Veritates ontologicae sunt methodo mathematica proponendae.

V. In ontologia nullus terminus, nisi definitus, adhiberi debet.

VI. Ontologia, siue philosophia prima, minus recte habetur pro Lexico philosophico.

VII. Ontologia reliquis scientis omnibus antecedit, eorundemque caput merito dici potest.

VIII. Sine ontologia cognitio nostra veritatatum nec certa, nec solida esse potest.

IX. Philosophia prima, siue ontologia maximi quoque usus est in veritate intuenienda.

X. Ontologiae usus per omnes omnino disciplinas philosophicas usque adeo se diffundit, ut sine ontologia nec cosmologia, nec psychologia, nec theologia naturalis, nec practicae denique scientiae intelligiteque explicari possint.

## XI.

XI. Principium contradictionis constituit haec propositio: *Impossibile est, idem simul esse & non esse.*

XII. Principium contradictionis est principium absolute primum, quo prius nec datur, nec dari potest.

XIII. Principium contradictionis est indemonstrabile.

XIV. Principium contradictionis est vniuersale.

XV. Principium contradictionis est absolute necessarium.

XVI. Principium contradictionis est immutabile.

XVII. Principium contradictionis est fons omnis certitudinis.

XVIII. Nihil est siue ratione sufficiens, seu quicquid est, debet habere rationem sufficientem, ex qua intelligi potest, cur potius sit, quam non sit, cur hoc modo sit, nec alio.

XIX. Id, quod ratione sufficiens destituitur, nec est, nec esse potest.

XX. Omne, quod ratione sufficiens gaudet, aut eam in semetipso habet, aut in alio ente extra se.

XXI. Principium rationis sufficientis ex principio contradictionis demonstratur.

XXII. Principium rationis sufficientis non est absolute primum principium.

XXIII. Principium rationis sufficientis est absolute necessarium, sed non eius applicatio.

XXIV. Principium rationis sufficientis est vniuersale.

XXV. Quicquid est, est in se conceptibile.

XXVI. Id, quod absolute & in sua natura est impossibile, id non fieri potest possibile.

XXVII. Quod hypothetice est impossibile, potest esse in se sua natura possibile.

XXVIII. Possibilitas externa nunquam potest esse sine possibilitate interna, interna vero possilitas potest esse sine externa.

XXIX. Existentia recte explicatur per complementum possibilitatis.

XXX. Quicquid existit, debet quoque esse possibile, siue ab esse ad posse V. C.

XXXI. Quod possibile est, id non ideo existit, siue a posse ad esse non V. C.

XXXII. Quod impossibile est, id quoque non potest ad existentiam peruenire, siue a non posse ad non esse valet consequentia.

XXXIII. Quod non existit, id ideo nondum habendum est pro impossibili, siue, a non esse ad non posse N. V. C.

XXXIV. Fieri non potest, ut non ens fiat ens.

XXXV. Entis, qua ens est, essentia consistit in possibilitate entis intrinseca.

XXXVI. Quodlibet ens sua gaudet essentia.

XXXVII. Nullum ens potest sua essentia priuari.

XXXVIII. Essentia entis potest esse sine entis existentia, quamvis existentia entis non possit esse sine eiusdem essentia.

XXXIX. Essentia entis est absolute necessaria.

XL. Essentia tam entis in genere, quam rerum quarumuis, est immutabilis.

XLI. Essentia entis est aeterna.

XLII. Essentia entis est incommunicabilis.

XLIII.

XLIII. Essentia rei cuiusuis nec minui, nec augeri potest.

XLIV. Posita rei essentia, ponuntur quoque rei attributa.

XLV. Attributa entis ab eiusdem essentia separari non possunt.

XLVI. Attributa entis sunt necessaria, aeterna, immutabilia & incommunicabilia, omnisque augmenti & diminutionis incapacia.

XLVII. Modi a re, cuius sunt modi, possunt separari.

XLVIII. Possibilitates modorum rationem sui sufficientem in essentia agnoscant, necesse est.

XLIX. Possibilitas modorum sunt loco attributorum habendae.

L. Possibilitates modorum sunt necessariae & immutabiles.

LI. Vnitas entis consistit in complexu totaque comprehensione eorum, quae essentiam rei constituunt, cum eaque immediate & necessario connexa sunt.

LII. Omne ens est vnum.

LIII. Qualitates referuntur inter notas rei characteristicas.

LIV. Quantitas non pertinet ad notas rei characteristicas.

LV. Quae in aliquo tertio conueniunt, illa eadem sunt, siue illa inter se conueniunt.

LVI. Quaecunque in iisdem rationem sui sufficientem agnoscunt, illa eatenus sunt eadem.

LVII. Vbi adsunt easdem essentiae, ibi eadem sunt attributa.

LVIII. Quaecunque habent easdem qualitates,

illa sunt similia, quae vero diuersas habent qualitates, sunt dissimilia.

LIX. Quaecunque habent essentiam eandem, eadem item attributa & modos eosdem, illa sunt similia.

LX. Si duo eidem tertio sunt similia, ipsa quoque sibi similia esse debent.

LXI. Omnia entia, quaecunque tandem existunt, sunt ita comparata, ut aliqua ex parte sint similia sibi.

LXII Similia possunt, salua similitudine, quantitate differre, adeoque esse inaequalia.

LXIII. Quae aequalia sunt, possunt esse dissimilia.

LXIV. Omne quantum non potest non sibi ipsum esse aequale.

LXV. Quae aequalia sunt eidem tertio, illa aequalia sunt inter se.

LXVI. Si A & B sunt aequalia mensuris C & D, & mensurae C & D sunt sibi ipsae aequales, intelligitur, ipsa quoque A & B sibi ipsa esse aequalia,

LXVII. Si ponitur determinans, ponitur ipsum quoque determinatum.

LXVIII. Si eorum, quae per se inuicem determinantur, vnum adfuerit, alterum quoque adesse debet.

LXIX. Essentia rei per aliud non determinatur, ipsa autem determinat attributa, rei constanter inexistentia.

LXX. Ab indeterminato ad determinatum non valet consequentia.

LXXI.

LXXI. Totum est idem cum omnibus partibus, simul sumtis, & omnes partes, simul sumtae, sunt idem cum toto.

LXXII. Posito toto, ponuntur omnes eius partes, & positis omnibus totius partibus, ponitur ipsum totum,

LXXIII. Quod continetur in parte, continetur etiam in toto, siue pars parti est quoque pars totius,

LXXIV. Omne totum est aequale omnibus partibus suis, simul sumtis, & omnes partes, quibus totum constituitur, simul sumtae, sunt aequales toti,

LXXV. Quaelibet pars totius est toto minor.

LXXVI. Totum est maius qualibet sua parte.

LXXVII. Dimidia eiusdem totius sibi debent esse aequalia.

LXXVIII. Principium individuationis est omnimoda determinatio eorum, quae enti actu iniunt.

LXXIX. Quicquid existit, omni modo est determinatum,

LXXX. Quicquid existit, est ens singulare & individuum,

LXXXI. Vniuersale, vt vniuersale, existere non potest.

LXXXII. Non dantur duo individua, quae sibi in omnibus sint similia, ita, vt in uno non detur, per quod discerni possit ab altero.

LXXXIII. Necesarium est vel absolute, vel hypothetice necessarium.

LXXXIV. Existentia entis est absolute necessaria, cuius ratio sufficiens in essentia eiusdem continetur.

**LXXXV.** Ens necessarium rationem sufficientem, cur existat, in semetipso, habet.

**LXXXVI.** Entis contingentis existentia non est eiusdem attributum, sed tantum modus siue accidentis.

**LXXXVII.** Omnia contingentia rationem existentiae sufficientis debent habere in ente simpliciter & absolute necessario.

**LXXXVIII.** Absoluta necessitas repugnat contingentiae, idque omne, quod est absolute necessarium, non potest esse contingens.

**LXXXIX.** Id quod hypothetice necessarium est, in se est contingens ut adeo necessitas hypothetica contingentiam neutram tollere censenda sit.

**XC.** In omni ordine debet quid adesse, in quo varia, vel coexistentia, vel sibi inuicem succendentia, sunt sibi similia.

**XCI.** In omni ordine debet adesse regula ordinis.

**XCII.** Potest in rebus, iuxta se inuicem dispositis, alio respectu, adesse ordo, alio vero respectu inordinatio siue confusio.

**XCIII.** In iis, quae existunt, reperitur ordo.

**XCIV.** Omne ens est verum.

**XCV.** Quotiescumque ob regularum, simul obseruandarum, pugnam siue collisionem exceptio a regula perfectionis instituenda, toties ita eam instituemus, ut maius bonum praeferamus minori.

**XCVI.** Vbi unica tantum adfuerit regula perfectionis, ibi exceptioni non est locus.

**XCVII.** In perfectione simplici exceptio nulla esse potest, quamuis in perfectione composita exceptio locum habere possit.

**XCVIII.**

XCVIII. Ex exceptione oritur defectus, non verus ille quidem, sed tantum apparenſ.

XCIX. Ex exceptione a regula perfectionis oritur imperfectio in parte, salua totius perfectione.

C. Imperfectio partis facere potest ad maiorem totius perfectionem.

CI. Omne ens gaudet perfectione essentiali.

CII. Essentialia entis compositi consistit in modo compositi: talium partium, quibus constat ens compositum.

CIII. Essentialiam entis compositi is demum recte perspicit, qui cognoscit, quales sint in composito partes, quoque modo partes illae sint inter se conexae.

CIV. Quaecunque composita sunt eiusmodi, ut simili gaudeant structura, illa sunt sibi similia.

CV. Duo entia composita perfecte similia existere nequeunt.

CVI. Quodcumque est ens compositum, illud non existit absolute & simpliciter necessario.

CVII. Omne ens compositum debet esse extensum.

CVIII. Contigua non statim sunt continua.

CIX. Spatium a rebus, simul existentibus, est diversum.

CX. Omnia composita insunt spatiis.

CXI. Locus ab ipsa re differt tanquam rei relatio.

CXII. Vbi nullum locum habent res successivae, ibi tempus quoque nullum habere locum potest.

CXIII. Is, in quo nullae reperiuntur successiones, in tempore vivere dicendus non est.

CXIV. Quicquid est in tempore, id mutationibus est obnoxium.

CXV.

CXV. Tempus cum entis intrinseco nullam habet connexionem, nec quicquam in natura rei intrinseca mutare potest.

CXVI. Tempus a rebus, sibi succendentibus, hancumque existentia, differt.

CXVII. Motus omnis sit in tempore, & est ens successivum.

CXVIII. Locus non obstat, quo minus possit quodlibet ens moueri.

CXIX. Omne compositum est deuisibile.

CXX. Partes entis compositi ex alio in aliud locum poslunt transponi.

CXXI. Compositum potest fieri maius & minus.

CXXII. Omne ens compositum est mensurabile.

CXXIII. Quodlibet ens compositum debet gaudere figura.

CXXIV. Figura entis compositi est mutabilis.

CXXV. Omnis mutatio, quae accidit in ente composito, non potest non fieri per motum.

CXXVI. Omne ens est vel simplex, vel compositum.

CXXVII. Si dantur entia composita, consequens est, ut dentur quoque entia simplicia.

CXXVIII. Ens simplex non est extensum.

CXXIX. Ens simplex caret omnimagnitude.

CXXX. Omne ens simplex caret figura.

CXXXI. Ens simplex est indivisibile.

CXXXII. Ens simplex, quod absolute necessarium est, oriri non potest.

CXXXIII. Ex composito nullum ens simplex oriiri potest.

CXXXIV. Ex ente simplici non potest aliud ens simplex oriri.

CXXXV.

**CXXXV.** Si ens simplex oriri debet, necesse est, ut id ex nihilo producatur.

**CXXXVI.** Ens simplex, cum oritur, debet oriri in instanti.

**CXXXVII.** Modum specialiorem ortus entium simplicium distincte explicare non possumus.

**CXXXVIII.** Si interit ens simplex, debet annihilari.

**CXXXIX.** Ens simplex, quod absolute necessarium est, non potest interire.

**CXL.** Quoties ens unum A ab altero ente B patitur, toties ens alterum B in ens A agere existimatur.

**CXLI.** Quemadmodum ex sola agendi potentia nulla sequitur actio, ita ex sola potentia passiva nulla sequitur passio.

**CXLII.** Posita vi, ponitur actio, nisi adsit impedimentum.

**CXLIII.** Entia simplicia vi agendi gaudent.

**CXLIV.** In entibus simplicibus debet aliquid esse perdurable.

**CXLV.** Omnis substantia vi agendi gaudent.

**CXLVI.** Entia simplicia sunt substantiae.

**CXLVII.** Omne, quod circumscriptum est limitibus, non omnia ea habet, quae habere potest.

**CXLVIII.** Eo, quod limitibus est definitum, maius quid concipi potest.

**CXLIX.** Quod est limitibus circumscriptum, successivè alias atque alias status habere potest.

**CL.** Omne, quod possidet limites, debet esse ens contingens.

**CLI.** Ente finito maius quid concipi potest.

**CLII.** Ens infinitum debet omnes realitates, quae tantum in ipso sunt possibiles, actu possidere.

**CLIII.** Ens infinitum omnes perfectiores & realitates possidet sine gradu.

**CLIV.** Ens infinitum nullam admittit successio-nem.

**CLV.** Ens infinitum nullius omnino mutationis est capax.

**CLVI.** Ens infinitum debet esse ens absolute ne-cessarium.

**CLVII.** Ens infinitum non potest esse ens compo-situm, sed debet esse ens simplex.

**CLVIII.** Duo entia infinita nec dantur, nec dari possunt.

**CLIX.** Ens infinitum mensurari non potest.

**CLX.** Inter principium & principiatum datur ne-xus.

**CLXI.** Posito principio, ponitur principiatum.

**CLXII.** Posito principiato, ponitur principium.

**CLXIII.** Principium & principiatum sunt simul.

**CLXIV.** Nihil est caussa sui ipsius, siue nihil semet ipsum potest producere.

**CLXV.** Qualis caussa vniuoca, talis quoque est effectus.

**CLXVI.** Caussa caussae est etiam caussa causati.

**CLXVII.** Omnis caussa efficiens vi agendi pree-dita sit, necesse est.

**CLXVIII.** Caussa, absolute eadem, contrarios ef-fectus producere non potest.

**CLXIX.** Non potest esse plus in effectu, quam fuit in caussa.

**CLXX.**

CLXX. Causa, quatenus est causa, & effectus sunt simul, nec tempus ullum inter causam efficientem & effectum interiectum est.

CLXXI. Omnis finis supponit ens intelligens, nec probari adeo potest finis existentia, nisi antea probata sit entis intelligentis existentia.

CLXXII. Qui vult finem, etiam velle debet media.

CLXXIII. Finis est primum in intentione, & ultimum in executione.

CLXXIV. Forma dat esse rei.

## EX COSMOLOGIA.

CLXXV. Cosmologia vniuersalis siue transcendentialis recte refertur ad metaphysicam.

CLXXVI. Quaecunque sunt connexa ratione temporis, illa sunt connexa per causas efficientes.

CLXXVII. Quae connexa sunt ratione spatii, illa sunt connexa per causas finales.

CLXXVIII. Datur in hoc mundo asperabilis nexus per causas efficientes & finales.

CLXXIX. In natura nihil fit per saltum.

CLXXX. In nullo mundo potest quicquam evenire fortuito aut casu.

CLXXXI. Omnes evenimus, in vniuerso contingentes, habent suam veritatem determinatam.

CLXXXII. Fatum muhamedanum est nexui rerum plane aduersum.

CLXXXIII. Fatum stoicum cum rerum nexus consistere non potest.

CLXXXIV. Fatum astrologicum nexui rerum aduersatur & principio rationis sufficientis.

CLXXXV.

**CLXXXV.** Omnes euentus mundani sunt contingentes, ipseque mundus, & nexus omnium euentuum vniuersalis contingentia gaudet.

**CLXXXVI.** Essentia mundi consistit in modo, quo res simultaneae & successivae sunt inter se connecciae.

**CLXXXVII.** Quilibet mundus, dum existit, debet esse ens unum.

**CLXXXVIII.** Mundus est ens compositum.

**CLXXXIX.** Vis inertiae, per experientiam in quouis corpore deprehensa, non a corporis extensione pendet, neque ex extensione sequitur, sed in extenso iam supponitur.

**CXC.** Nullum corpus, quod quiescit, seipsum potest mouere.

**CXCI.** Omne corpus, cum quiescit, in suo manet statu, donec ab altero corpore ex quietis statu ad motus statum perducatur.

**CXCII.** Si corpus fuerit reuera in motu constitutum, tum tamdiu motum continuabit, donec impedimentum aliquod ex parte contraria accesserit.

**CXCIII.** Tantum corpus B reagit in corpus A quantum agit corpus A in corpus B, siue actiones & reactiones corporum sunt aequales.

**CXCIV.** Leges motus non sunt absolute necessariae & immutabiles, sed sunt contingentes & mutari possunt.

**CXCV.** Elementa corporum prima, ex quibus illa ultimato constant, non possunt esse entia composita, sed debent esse entia simplicia.

**CXCVI.** Miracula sunt possibilia.

**CXCVII.**

CXCVII. Miraculum, si producitur, produci debet ab ente aliquo, quod a mundo plane est diuersum.

CXCVIII. Omne miraculum, cum sit, sit per saltum.

CXCIX. Miraculum, cum ab ente extramundano patratur, debet effectum praestare, qui a naturali evenitu priore diuersus est.

CC. Per miraculum ordo naturae turbatur.

CCI. Per miraculum in nexum rerum confusio inducitur.

CCII. Perfectio mundi a posteriori, siue per experientiam, cognosci & determinari non potest.

CCIII. Quo plura in vniuerso occurrant, quae cum fine, ob quem vniuersus mundus conditus est, consentiant, quo exactius item plura ista simultanea & successiva cum fine consentiunt, eo maior est vniuersi perfectio.

## EX PSYCHOLOGIA.

CCIV. Ad notionem spiritus completam formandam non sufficit sola simplicitas, siue immaterialitas, sed intellectus quoque & voluntas requiritur.

CCV. Eo perfectior est unusquisque spiritus, quo perfectiori gaudet intellectus.

CCVI. Perfectissimus spiritus debet intellectu perfectissimo & voluntate perfectissima gaudere.

CCVII. Nos, & nostrum, & rerum extra nos possitatum nobis sumus consciit.

CCVIII. Ompis cogitatio & perceptionem & ap-  
perceptionem inuoluit.

Q

CCIX.

**CCIX.** Dum sentimus, nec solum corpus; nec sola anima sentit, sed alio perfungitur officio corpus, alio anima, eodem tamen tempore.

**CCX.** Altera sensationum est clarius siue fortior, altera debilior & obscurior.

**CCXI.** Sensatio fortior supprimit sensationem debiliorem, vti lumen maius obscurat lumen minus.

**CCXII.** Quando obiecta externa reuera & actu ipso in organa sensoria agunt, in iisque mutationem producunt, non est in potestate animae, vtrum sentire velit; nec ne.

**CCXIII.** Non est penes animam nostram, qualis ipsa sensationem esse velit.

**CCXIV.** Nihil nobis imaginari possumus, nisi quod antea sensibus perceperimus.

**CCXV.** Hoc facilius quamque rem nobis imaginamur, quo clarius & distinctius eam olim sensimus. Hoc autem difficilius & aegrius rem aliquam nobis imaginamur, quo eam obscurius & confusius antea sentiebamus.

**CCXVI.** Quo recentior fuit sensatio, & quo crebrius repetita est sensatio, eo etiam viuidor & fortior est imaginatio.

**CCXVII.** Imaginatio, cum sola, quiescentibus ceteris sensibus externis, operatur, maiori claritatis gradu gaudet, quam cum una cum sensibus externis operari debet.

**CCXVIII.** Perceptio praeterita integra redit, cuius praesens perceptio tantummodo partem in se continet. *Haec propositio dicitur lex imaginationis.*

**CCXIX.** Imaginatio est continuata sensatio.

**CCXX.**

**CCXX.** Imaginatio non semper est in potestate nostra.

**CCXXI.** Somniare non possumus, nisi de rebus, sensu perceptis.

**CCXXII.** Anima nostra in somniis operatur secundum legem imaginationis.

**CCXXIII.** Facile memoriae mandamus ea, quae vel diu, vel saepius percipimus, vel frequentius ruminamur & repetimus.

**CCXXIV.** Facilius ea mandamus memoriae, quae distincte percepimus, quam quae confuse.

**CCXXV.** Felicior est memoria, quae res perceptas plures cito arripit, & diu retinet.

**CCXXVI.** Eo maior est attentio, quo diutius quis cogitationes suas ita potest in obiecto aliquo defigere, ut singula, in obiecto occurrentia, acie metitatis peruidat.

**CCXXVII.** Attentio eo maior est, quo pluribus obiectis simul eodem tempore possumus attendere.

**CCXXVIII.** Attentio maior est, si quis, inter multos strepitus, rei alicui potest attentione ita inhaerere, ut rerum, sensus ferientium, proptermodum sibi non amplius sit conscius.

**CCXXIX.** Attentio continuo nec interupto exercitio & acquiritur & augetur.

**CCXXX.** Quae attentionem turbant, ea reflexioni quoque obstant.

**CCXXXI.** Mediante reflexione, à cognitione clara & confusa ad distinctam cognitionem intellectus progressimur.

**CCXXXII.** Eo maior est intellectus, quo plura sibi distincte repraesentare potest.

CCXXXIII. Eo maior est intellectus, quo distinctius plura obiecta sibi repraesentat.

CCXXXIV. Perfectissimus intellectus omnia possibilia distinctissime & adaequatissime unico actu & simul sibi debet repraesentare.

CCXXXV. In hac vita nec datur intellectus perfecte purus, nec dari potest.

CCXXXVI. Cognitio symbolica vel maxime facit ad ideas distinctas acquireendas.

CCXXXVII. Quo quis plura in re quapiam distinguere nouit, hoc maius est acumen.

CCXXXVIII. Acumen est cum intellectu conexum, & quo quis maiori gaudet intellectu, eo maius in ipso est acumen.

CCXXXIX. Ad ingenium opus est attentione & reflexione.

CCXL. Quo longiorum quis veritatum nexum potest perspicere, hoc maiori gaudet ratione.

CCXLI. Vbi nulla veritatum connexio perspicitur, ibi non locum habet ratio.

CCXLII. Ratio se maxime exserit ratiocinando.

CCXLIII. Ratio, quatenus est ratio, non in errores nos abducit, neque quisquam errare potest, quamdiu rationem ducem sequitur.

CCXLIV. Exspectatio casuum similium sine rationis operatione exserere se potest.

CCXLV. Analogum rationis, quod vocant, constituitur in exspectatione casuum similium.

CCXLVI. Quo maior est perfectio, quam quis animo contemplatur, eo maior & insignior est voluptas.

CCXLVII.

CCXLVII. Hoc maior est voluptas, quo maiorem perfectionis habemus certitudinem.

CCXLVIII. Hoc insignior est voluptas, quo *viuidius* perfectiones nobis reprezentamus.

CCXLIX. Quamdiu nobis perfectionem rei aliquius reprezentamus, tamdiu durat voluptas. Cessante vero perfectionis representatione, cessat & euaneat voluptas.

CCL. Si perfectio est vera, i. e. talis, vt nuncquam in maiorem degeneret imperfectionem, tum voluptas quoque est vera.

CCLI. Si perfectio fuerit vera, eandemque quis ita sibi reprezentat, vt, eam non imperfectionem, sed perfectionem esse, certo sciat, tum voluptas, ex certa verae perfectionis cognitione oriunda, est durabilis.

CCLII. Voluptas apprens est cito transitura, minusque durabilis, & degenerat in maius taedium.

CCLIII. Hoc maius est taedium, quo plures imperfectiones nobis reprezentamus, item: quo viuidius certiusque illas imperfectiones cognoscimus.

CCLIV. Cum omni appetitu est voluptas coniuncta, & cum omni auersatione taedium.

CCLV. Quo plura bona, & quo viuidius illa plura tibi reprezentaueris, hoc fortior est appetitus.

CCLVI. Nihil appetere possumus, nisi nobis tanquam bonum aliquod, reprezentauerimus, & nihil auersari possumus, nisi id, tanquam malum, nobis reprezentauerimus. *Haec propositio vocatur lex appetitus.*

CCLVII. Nihil sine motius volendi apperere, & nihil sine motiuis nolendi auerſari possumus.

CCLVIII. Qui appetitum ſenſitiuum in agendo ſequuntur, id demum appetunt, quod ſeptus ſuauitas afficit, atteranturque id, quod iisdem moleſtiam & taedium creat.

CCLIX. Hoc vehementior est appetitus, quo plus voluptatis ſenſus demulcet.

CCLX. Appetitus ſenſitiuuſ in id quoque vehe-  
mentius fertur, quod creibius cum voluptate aliqua  
jam ſenſimus.

CCLXI. Affectus nullum locum habere potest, qui  
neque in taedio, neque in voluptate confiſtat.

CCLXII. Nullum gaudium potest in nobis exo-  
riri, niſi vel plura bona ſitul, vel magnum ali-  
quod & inſigne bonum confuſe nobis repraeſente-  
mus.

CCLXIII. Amor erga alium tum demum oritur, si  
in ipſo quicquam, quod bonum nobis videtur, quo-  
que nobis placet animaduertimus.

CCLXIV. Hoc quisque vehementius amat alterum,  
quo magis alterius felicitate delectatur.

CCLXV. Quo plura quis bona in altero obſer-  
uat, eo maiora capit incrementa amor.

CCLXVI. Qui alterum amat, non potest non tae-  
dio affici, cum alteri aegre fieri videt.

CCLXVII. Qui alterum amat, id omne appetit  
quod ad alterius felicitatem promouendam pertinet, id-  
que omne impedire nititur, quod ob alterius infeli-  
tatem taediumque procreandum facit.

CCLXVIII.

CCLXVIII. Qui alterum odit, alterius infelicitatem, tanquam boni quid, considerat, quia ex ea capit voluptatem.

CCLXIX. Qui alterum odit, non potest non tandem affici, cum, alterum, quem odit, feliciter res suas agere, videt.

CCLXX. Qui alterum odit, eius personae, quam odit, felicitatem vult destruētam.

CCLXXI. Qui alterum amat, non potest non eiusdem quoque, quem amat, vicem miserari.

CCLXXII. Commiseratio est amoris filia.

CCLXXIII. Inuidia est filia odii.

CCLXXIV. Omnis inuidus alterius, cui inuidet, felicitatem, tanquam mali quid, sibi representat.

CCLXXV. Inuidus eius, cui inuidet, felicitatem auersatur, eandemque destruere summa ope nititur.

CCLXXVI. Quo quis maiori gloriae studio ducitur, hoc pronior est ad pudorem.

CCLXXVII. Nullius rei nos pudet, nisi eius, quam famae & existimationi nostrae officere opinamur.

CCLXXVIII. Peruersus de honore conceptus peruersum & praeposterum gignit pudorem.

CCLXXIX. Hoc eminentior spes est, quo plura bona obtainenda quis sibi representat.

CCLXXX. Hoc maior spes est, quo certius ista futura bona obtinebuntur.

CCLXXXI. Hoc maior est metus, quo plura mala instant.

CCLXXXII. Quo certius mala aduentura opinamur, hoc tristior est metus.

CCLXXXIII. Intenditur ira, cum iniuria, quae infertur, magna fuerit & atrocissima, aut certe, ut talis, ineniti repraesentatur.

CCLXXXIV. Ira augetur, cum plures iniuriae concurrunt, magnaque copia inferuntur.

CCLXXXV. Cum per praesentem iniuriam, opere memoriae & imaginationis, pristinae iniuriæ reuiuiscent quasi, & viuide denuo menti sistuntur, tum ira intenditur.

CCLXXXVI. Appetitus rationalis oritur ex distinctis representationibus boni.

CCLXXXVII. Fit persaepe, ut, quod intellectus & ratio, tanquam malum, nobis repraesentant, id nobis sensus & imaginatio sistant, tanquam bonum, & contra.

CCLXXXVIII. Anima neque interna, neque extrema, vis cogi potest, ut vel velit, vel nolit.

CCLXXXIX. Anima in appetendo & auersando sponte agit.

CCXC. Ad libertatem haec tria requiruntur  $\alpha$ ) intelligentia,  $\beta$ ) spontaneitas,  $\gamma$ ) actionis contingentia.

CCXCI. Vbi non locum habet intellectus & ratio, ibi nulla libertas.

CCXCII. Quicquid non tollit contingentiam actionis & spontaneitatem, id non tollit libertatem.

CCXCIII. Necessitas hypothetica cum libertate potest confundere.

CCXCIV.

CGXC V. Motiva volendi non tollunt libertatem, sed cum ea optime possunt simul stare.

CGXCV. Indifferentia perfecti aequilibrii neutram libertatis notionem constituit, sed pertinet ad non entia & commenta.

CCCVI. Anima cum corpore, arctissimo commercio, est connexa.

CCXCVII. Quicquid est ens compositum, illud non potest cogitare.

CCXCVIII. Ne per potentiam quidem diuinam corpori ac materiae facultas cogitandi tribui potest.

CCXCIX. Anima est ens simplex.

CCC. Anima gaudet vi cogitandi siue vi repreäsentatiua, a qua, tanquam a principio & fonte suo, omnes eius repreäsentationes ortum trahunt.

CCCI. Anima est ens finitum, & limitibus circumscripta est.

CCCH. Vis animae repreäsentatiua est certo modo limitata, scilicet per situm corporis organici, & constitutionem organorum sensiorum.

CCCIII. Repraäsentationes sensuum in anima exactam habent cum iis rebus, quae repreäsentantur, convenientiam & similitudinem.

CCCIV. Eodem ordine, eademque successione, eodem item tempore, quo res externae organa sensoria afficiunt, pulsant, ferunt, anima sibi easdem repreäsentat.

CCCV. Cum sensationibus omnibus certi motus fluidi neruei in cerebro simul existunt.

CCCVI. Imaginatio ex vi repreäsentatiua resultat.

CCCVII. Attentio reflexio, abstractio, resultant etiam ex vi repraesentatiua animae:

CCCVIII. Per vim repraesentandi formahtur etiam notiones vniuersales.

CCCIX. Iudicia nostrae animae ex vi repraesentatiua deduci possunt,

CCCX. Ratiocinia oriuntur ex vi representatiua.

CCCXI. Ex vi representatiua etiam in anima oritur appetitus & auersatio, atque adeo voluntas & noluntas.

CCCXII. In vi repraesentatiua animae continetur & eiusdem essentia.

CCCXIII. Vis repraesentatiua constituit naturam animae.

CCCXIV. Vis animae tantum vnica est.

CCCXV. Systema influxus physici per experientiam probari non potest.

CCCXVI. Systema influxus physici naturae legibus aduersatur;

CCCXVII. Systema caussarum occasionalium ruit, quia in ipso miracula infinites multiplicantur.

CCCXVIII. Secundum systema Harmoniae praestabilitae anima vi, sibi diuinitus indita, omnes suas sensationes, siue perceptiones, producit.

CCCXIX. Secundum systema Harmoniae praestabilitae anima omnes perceptiones, siue sensationes, continua serie producit.

CCCXX. Secundum systema Harmoniae praestabilitae corpus, vi structurae suae, omnes motus producit.

CCCXXI.

CCCXXI. Omnes motus sequuntur in corpore continua serie, & successione continua ex moribus antecedentibus, ex sententia defensorum Harmoniae praestabilitae.

CCCXXII. In systemate Harmoniae praestabilitae, ex mente Leibnitii, ideae animae motusque corporis via maxime naturali explicantur.

CCCXXIII. In systemate Harmoniae praestabilitae sapienti diuina maxime extollitur.

CCCXXIV. In systemate Harmoniae praestabilitae maiores virtutes & perfectiones animae tribuantur animae,

CCCXXV. Harmonia praestabilita immaterialitatem & immortalitatem animae vel maxime asserit.

CCCXXVI. Anima cum corpore interire nequit, sed in existentia, post mortem corporis, perseverat.

CCCXXVII. Anima, post mortem corporis, perceptiones suas continuat.

CCCXXVIII. Anima post mortem in statu perceptionum distinctarum perseverat.

CCCXXIX. Anima, post mortem corporis, sui adhuc sibi conscientia est, sequae eandem adhuc esse, agnoscit, quae antehac fuerit in vita mortali, status item praeteriti memoriam seruat.

CCCXXX. Anima est immortalis:

CCCXXXI. Bruta sunt animabus praedita, quae, ab ipsis corpore prorsus distinctae, obiecta, in organa sensoria agentia, sibi repraesentant.

CCCXXXII. Bruta cogitant,

CCCXXXIII. Bruta non modo habent sensationes, sed imaginatione quoque & memoria gaudent.

CCCXXXIV.

CCCXXXIV. Bruta carent ideis rerum distinctis, & hinc etiam intellectu.

CCCXXXV. Bruta nec abstractione, nec facultate, notiones vniuersales sibi formandi gaudent.

CCCXXXVI. Bruta non possunt iudicia vniuersalia formare.

CCCXXXVII. Bruta nexus veritatum vniuersalium distincte perspicere non possunt.

CCCXXXVIII. Bruta carent ratione.

CCCXXXIX. Brutis analogum rationis adscribi potest.

CCCXL. In aliis brutis maior est docilitas, minor in aliis.

CCCXLI. Brutis compedit in agendo sponteitas, non vero libertas.

CCCXLII. Brutorum animae sunt entia simplicia, sed non sunt spiritus.

CCCXLIII. Animae brutorum sunt ex sua natura indestructibiles.

CCCXLIV. Inter hominis brutique animam tanta est differentia, quanta maxima esse potest.

## E X

# THEOLOGIA NATURALI.

### I.

**D**atur ens, absolute necessario existens, ab hoc mundo diuersum, & a quo hic mundus, tanquam a causa sua, dependet.

II. Datur DEVS.

III. Deus non opus habet vi entis alicuius extra se ad existendum.

### IV.



- IV. Deus vi propria existit, sibique sufficit ipse ad existendum.
- V. Deus est ens a se.
- VI. Deus est ens independens.
- VII. Deus est ens immutabile.
- VIII. Ens, quod absolute necessario existit, debet esse aeternum.
- IX. Deus est aeternus.
- X. Duratio Dei est immensurabilis.
- XI. Deus est ens primum & ultimum.
- XII. Deus non potest esse ens compositum.
- XIII. Deus est ens simplex.
- XIV. Deus non potest habere limites.
- XV. Deus est ens infinitum.
- XVI. Deus habet omnes perfectiones actu, quae in ipso sunt, possibles.
- XVII. Deus non modo omnes habet perfectiones compossibilis, sed easdem quoque possidet *absolute*, & sine gradibus.
- XVIII. Deo nihil potest concipi maius.
- XIX. Deus est qua perfectiones suas, immensus.
- XX. Est tantum unicus Deus, nec possunt esse plures Dii, quam unus.
- XXI. Omnia, quae Deo possunt inesse, insunt ipsis fine temporis progressu & successione.
- XXII. Deus gaudet intellectu.
- XXIII. Deus gaudet intellectu absolute perfectissimo.
- XXIV. Dei intellectus non est facultas, sed est actus.
- XXV. Deus non ea modo, quae actu sunt, & reuera fiunt, sed *omnia* quoque *possibilitia* sibi repraesentat.
- XXVI.

**XXVI.** Deus omnia possibilia distinctissime & adaequatiissime nouit.

**XXVII.** Deus nouit omnia possibilia, non *suscipit*, sed *unito actu & simul*

**XXVIII.** Intellectus Dei est purissimus.

**XXIX.** Deus nec sentit, nec imaginatur.

**XXX.** Deus nec abstrahit, nec ratiocinatur.

**XXXI.** Deus est omniscius.

**XXXII.** Deus gaudet ratione summa & purissima.

**XXXIII.** Intellectus diuinus est fons essentiarum.

**XXXIV.** Deus gaudet voluntate.

**XXXV.** Deus habet voluntatem perfectissimam.

**XXXVI.** Deus vult omnia, quae bona sunt.

**XXXVII.** Deus vult omne bonum, pro exacta bonitatis mensurâ.

**XXXVIII.** Deus non vult quicquam sine distinctissima boni representatione, sive motivo.

**XXXIX.** Deus ex iis subiectis, quae perfectione & bonitate inaequalia sunt, non potest id, quod imperfectius est, finibus suis non adeo est conueniens, praeferre ei, quod perfectius est, finibusque suis est conuenientius.

**XL.** Ex iis obiectis, quae bonitate vel perfectione sunt aequalia, Deus vel neutrum eligit, vel utrumque.

**XLI.** Deus ex omnibus possibilibus rerum connectionibus mundum optimum sive rerum nexus finibus suis conuenientissimum, elegit & produxit.

**XLII.** Voluntas Dei est immutabilis.

**XLIII.** Voluntas Dei est liberima,

**XLIV.**

XLIV. Voluntas Dei est principium omnium existentiarum rerum contingentium.

XLV. Quicquid Deus non vult, illud non potest ad existentiam peruenire.

XLVI. Reuelatio diuina pro actu reuelandi summa, est miraculum.

XLVII. Reuelatio debet continere veritates supra rationem.

XLVIII. Reuelatio in se continere debet mysteria.

XLIX. Veritates, in reuelatione contentae, non sunt contra rationem.

L. Veritates in reuelatione contentae, non possunt sibi inuicem contradicere.

LI. In reuelatione diuina nihil occurrere debet, quod perfectionibus diuinis sit indignum.

LII. In reuelatione si scripto fiat, & verba certos significatus, & phrases certum determinatumque habent sensum.

LIII. Reuelatio debet in se continere media, ad salutem sufficientia.

LIV. Deus gaudet sapientia summa.

LV. Deus ad quemlibet finem omnia media possibilia nouit, finesque amplissimos mediis simplicissimis scit obtinere.

LVI. Deus habet summam bonitatem.

LVII. Deus est summe iustus siue iustissimus.

LVIII. Deus est omnipotens, siue Deus gaudet summa potentia.

LIX. Impossibilibus omnipotentia Dei non potest largiri existentiam.

LX. Deus potest facere, quicquid vult.

LXI.

- LXI. Non vult Deus omnia producere ad existentiam, quae potest ad illam perducere.
- LXII. Deus est sanctissimus
- LXIII. Deus non habet affectus.
- LXIV. Deus est spiritus perfectissimus.
- LXV. Decreta Dei sunt immutabilia.
- LXVI. Nihil potest evenire, nisi quod Deus decreuit.
- LXVII. Decreta Dei sunt liberrima.
- LXVIII. Decreta Dei certo executioni dantur.
- LXIX. Decreta Dei sunt aeterna.
- LXX. Nihil Deus absolute decernit, sed ob rationem, in obiecto deprehensam, hoc illudue ab aeterno decreuit.
- LXXI. Deus liberime mundum creavit.
- LXXII. Finis, cur Deus hunc mundum creavit, est perfectionum suarum manifestatio.
- LXXIII. Si creaturae existentiam suam continuare debent, necesse est, ut Deus voluntatem suam de creaturarum existentia continuet
- LXXIV. Deus conseruat omnia, quae creatura sunt.
- LXXV. Deus concurrit ad actiones creaturarum, quatenus sunt actiones, non vero concurrit ad actionum limitationes, a quibus prouenit, ut actio aliqua praecise sit haec actio, nec alia.
- LXXVI. Deus omnia gubernat.
- LXXVII. Deus prouidet omnibus creaturis.
- LXXVIII. Deo omnia sunt praesentia.
- LXXIX. Deus est omnibus rebus praesens.
- LXXX. Deus est ens auctuosisimum.
- LXXXI. Deo competit summa maiestas, sive gloria.
- LXXXII. Deus est beatissimus, sibique sufficiens.
- LXXXIII. Deus est Dominus omnium rerum.

POSI-

# POSITIONES

EX

## PHILOSOPHIA PRACTICA.

L

**A**ctiones hominum sunt vel *necessariae*, quae per essentiam & naturam mentis determinantur, vel sunt *liberae*, quarum determinatio in nostra potestate est.

II. Actiones liberae sunt vel bonaे, vel male.

III. Actiones bonaе, quae nos, statimque nostrum perficiunt, sunt in se, & in sua intrinsecā natura bonaе, nec sunt deinceps per voluntatem Deitatis, sicut contraria actiones male. Itidem sunt in se & sua natura male. In quo consistit intrinsecā actionum moralitas.

IV. Actiones, per se bonaе sunt appetibiles, per se male sunt auerſabiles.

V. Si actiones liberae debent ad perfectionem hominis tendere, debent inter se & cum actionibus naturalibus ita consentire, ut finis ultimus hominum obtineatur.

VI. In ipsa hominum rerumque natura continentur rationes, ob quas actiones, per se honestae, sunt appetibiles, actiones autem, per se turpes, sunt auerſabiles.

VII. In ipsa hominum rerumque natura deprehenduntur motus, ob quae bonum agamus, & malum evitemus.

R

VIII.

**VIII.** Qui alterum, vel ad aliquid agendum, vel ad aliquid omittendum, obligare vult, ille debet motiva, vel cum actione suscipienda, vel cum eadem omittenda, connectere.

**IX.** Ipsa hominis rerumque natura constituta est aliqua obligatio, & per ipsam rerum naturam obligamur ad actiones, per se honestas, committendas, & ad actiones, per se turpes & malas omittendas.

**X.** Regula ista, qua iubemur actiones, nos instrumentaque statum perficientes, committere, eas contr' actiones, quae nostram felicitatem destruunt, destruere, est ipsa rerum natura constituta, & *lex naturalis* appellatur.

**XI.** Lex naturae obligat nos ad actiones, per se honestas, committendas, & ad actiones, per se turpes, omittendas.

**XII.** Lex naturae est immutabilis.

**XIII.** Lex naturae est aeterna.

**XIV.** Lex naturae est adaequata, quatenus per eam omnes actiones liberae determinari possunt.

**XV.** Nemo potest actiones suas ad sui perfectio- nem dirigere, nisi una gloria Dei illustretur, & aliorum hominum perfectio perinde, ac nostra promoveatur.

**XVI.** Lex naturae per rationem innotescit.

**XVII.** Actionum humanarum cum natura hominis conuenientia constituit legis naturalis principium.

**XVIII.** Deus est auctor obligationis naturalis.

**XIX.** Deus est auctor legis naturalis.

**XX.** Obligatio ergo naturalis est obligatio di- gina.

**XXI.**

**XXI.** Lex naturalis est lex diuina.

**XXII.** Vult Deus, vt homo actiones suas ad legem naturae componat.

**XXIII.** Qui secundum legem naturae viuit, viuit ratione sua conuenienter.

**XXIV.** Qui legi naturali conuenienter viuit, is viuit naturae suaे conuenienter.

**XXV.** Qui legi naturali conuenienter viuit, is voluntati diuinae conformiter vitat.

**XXVI.** Obligat Deus, praeter naturalem obligationem, adhuc hominem ad bonum committendum, & malum omittendum, per fata, vel prospera, vel aduersa, quae, ex directione sapientissima Numinis diuini, actiones vel bonas, vel malas, inseQui solent.

**XXVII.** Deus est summus legislator.

**XXVIII.** Poenarum & praemiorum constitutione introducitur obligatio.

**XXIX.** Necesarii actionum nostrarum effectus in poenarum & praemiorum numero recte habentur.

**XXX.** Fata hominum, vel prospera, vel aduersa, itidem recte in praemiorum & poenarum numero habentur.

**XXXI.** Singulæ rationes per se turpes suas habent poenas naturales.

**XXXII.** Singulæ actiones per se honestae sua habent praemia naturalia.

**XXXIII.** Virtute praeditus actiones suas ad perfectionem sui dirigit.

**XXXIV.** Virtute praeditus id agit, vt inter omnes actiones liberas detur consensus.

XXXV. Virtutes amans actiones, legi naturali conformes, committit ob earundem bonitatem, & eidem difformes omittit, ob earundem turpitudinem intrinsecam.

XXXVI. Virtuti deditus libere & lubenter agit, quod legi conforme est.

XXXVII. Homo, virtute praeditus, cum gaudie peragit, quod est legi naturali conforme.

XXXVIII. Homo, virtutis studiosus, non opus habet poenis, vt ad actiones, legi conformes, adducatur.

XXXIX. Non is virtute praeditus est, qui edit actionem, legi naturali extrinsece conformiem, metu poenae, vel spe etiam praemii.

XL. Homo vitiosus actiones suas dirigit ad imperfectionem sui.

XLI. Homo vitiosus non curat consensum inter omnes actiones liberas, multo minus consensum inter actiones naturales & liberas.

XLII. Homo vitiosus, sensuum stans iudico, ex actione mala voluptatem maiorem, quam ex bona, tandem prorsus percipit.

XLIII. Homo vitiosus, vel metu poenae, vel spe praemii, adducendus est ad actiones, legi conformes, & ab actionibus malis adducendus.

XLIV. Homo vitiosus parum lubens & quasi coacte agit id, quod bonum est.

XLV. Infirmitati naturali tribuendum, quod homines legi naturali subiecte conuraria agant, dum summō studio in id incutimbunt, vt agant ei conformia.

XLVI. Finis actionum nostrarum liberarum esse debet perfectio status nostri.

XLVII.

XLVII. Hominis est, continuo progredi ad maiores in dies perfectiones, in quo summum hominis bonum in hac vita consistit.

XLVIII. Summum bonum legis naturalis custodia obtinetur;

XLIX. Summum bonum legis naturalis violatione sinicitur.

L. Summum malum legis naturalis neglectum sequitur,

LI. Summum hominis bonum, ad quod in hac vita ipsi peruenire datur, cum constante voluptate coniungitur.

LII. Summum bonum felicitatem parit.

LIII. Felicitas custodia legis naturalis obtinetur, & est virtutis praemium certissimum.

LIV. Differt gaudium durabile a gaudio minus durabili in eo, quod istud nunquam in taedium aut dolorem degeneret, hoc vero taedium vel dolorem paret.

LV. Status gaudii minus durabilis speciem felicitatis prae se fert.

LVI. Summum hominis malum est cum taedio durabili connexum, & infelicitatem parit.

LVII. Dei bonitati acceptum ferendum est, quod nos ad legem naturalem obseruandam obliget.

LVIII. Deus legislator personam parentis tuetur, non nisi salutaria præcipientis, & mala prohibentis.

LIX. Quatensis homo gaudet facultate de actionibus suis indicandi, bonaene sint, an malae, eatenu homini tribuitur conscientia.

LX. Fieri potest, ut contra conscientiam cum theoreticam, tum theoretice immo practice practicam, sed incompletam agamus.

LXI. Fieri non potest, ut homo contra conscientiam completam agat, si recta, certa, atque liberta fuerit.

LXII. Conscientiae excusationi locus est, si antecedens conscientia fuerit recta.

LXIII. Accusatio conscientiae metuenda est, si antecedens conscientia fuerit erronea, vel etiam dubia atque probabili.

LXIV. Accusatio conscientiae parit taedium & est mater poenitentiae, pudoris, immo metus & desperationis.

LXV. Excusatio conscientiae voluptate nos perfundit, & est mater acquiescentiae in se ipso, gloriae, immo sperie & fiduciae.

LXVI. Morbus conscientiae, cum qualis taedium, animi aegritudines, & alii affectus molestissimi coniunguntur, sunt minime postrema pars infelicitatis.

LXVII. Somnus conscientiae sensum & imaginationis vitio contrahitur, dum bonum reparatur, quod sensum iudicio voluptatem parit, malum vero, quod taedium creat.

LXVIII. Conscientia nos obligat ad actiones, perse honestas, committendas, & ad actiones, per se malas, fugandas.

LXIX. Lex naturae est etiam lex conscientiae;

LXX. Qui vult felicitate potiri, omnes omnium actionum fines fini ultimo sua subordinet, ut sit instar medii, ad finem ultimum ducentis.

LXXI.

LXXI. Qui vult felicitatem obtinere, sapientem & ordinatam vitam instituat.

LXXII. Actionum directio est inspiens, est ordinata, si non omnes fines ad finem ultimum conspirent.

LXXIII. Ut fine ultimo potiamur, distinguuntur omnes casus, in executione actionis possibilis.

LXXIV. Ad finem ultimo consequendum opus est, vt pro singulis casibus media inuestigemus.

LXXV. Ut felicitatem impetremus, opus est, vt detegamus impedimenta, cuicunque fini contraria.

LXXVI. Inquirendum est in remedia, siue modum, quo impedimenta tolluntur, si finem ex voto voluerimus adipisci.

LXXVII. Ad ardorem, in animis ad boni executionem excitandum, plus valent exempla quam demonstrationes.

LXXVIII. Ut semper agas, quod fini tuo ultimo est conforme, firmiter tibi proponas agere id, quod felicitati tuae accommodatum est.

LXXIX. Hinc opus est, vt propositi tui bene vivendi semper memineris, & nihil fere agas, nisi ubi de nexu actionum tuarum cum fine ultimo cogites.

LXXX. Bona apparentia nil conferunt ad hominis felicitatem.

LXXXI. Ut conscientia recta atque certa sit, extendum nobis est ad hoc animi acumen, quod ad bonum, a malo discernendum, sufficit.

LXXXII. Demonstratio conscientiam certam reddit.

LXXXIII. Demonstratio est medium scrupulorum conscientiae tollendorum.

LXXXIV. Vbi absuerit demonstratio, fieri potest, ut conscientia nos accuset.

LXXXV. Conscientia dubia nihil est agendum.

LXXXVI. Morsibus conscientiae locus est, vbi conscientia consequens ab antecedente dissentit.

LXXXVII. Ratio ignorat medium, quo conscientiae morsus tolli possit.

LXXXVIII. Ne conscientia obdormiat, ardor vitae honestae est excitandus.

LXXXIX. Homini principia quaedam generalia sunt, iuxta quae iudicat, hoc vel illud esse bonum, vel malum.

XC. Ex affectibus hominum elucet, quas ipsi habent, nationes boni vel mali.

XCI. Affectus ex mutatione vultus, vocis & gestuum innescuntur.

XCVI. Fieri potest, ut homo, ob rationes singulares, agat, cuius contrarium, ipsis definientibus, appetit, vel etiam omittat, cuius alias contrarium atuersatur.

XCVII. In coniectandis aliorum hominum moribus opera danda est, ut simulatio detergatur,

XCVIII. Simulatio in affectu non tam facile absconditur, quam in actionibus.

XCV. Alius debet esse vultus, alia vox, alii gestus, si actio exterior fuerit sincera, quam si simulata fuisset.

XCVI. Cuius interest, ne actio simulata decipiatur, is caueat, ne ex praecipitantia per actionem sincera-

sincerum aut affectum prodat motuum, cui similitudo contrariatur.

XCVII. Cuius interest, ne actio sua simulata degatur, is attendat ad actiones suas, & nimiam familiaritatem cum aliis vitet, etiam libera de aliis iudicia.

XCVIII. Non ratione destituitur artis iudicandi de animo alterius ex iudiciis corporis in conformitate partium, lineamentis praesertim faciei obuiis.

XCIX. Homo potest duplo modo considerari, vel in statu naturali, in quo actiones arbitratu suo determinat, nullo superiore his in terris libertatem eius limitante, vel in statu ciuitatis in quo actiones suas ex alterius arbitratu dirigere tenetur, qui libertatem eius limitat.

C. Officia erga Deum gloriae diuinae illustratione continentur.

CI. Homo obligatus est ad gloriam Dei illustrandam, atque ad agnitionem summi Numinis sibi acquirendam,

CII. Homo Deo vivere tenetur,

CIII. Homo ad Deum amandum obligatur,

CIV. Homo Deum super omnia diligit necessario,

CV. Homo Deum timore debet metu filiali super omnia,

CVI. Tum demum metu senili locus est, ubi & quantum filialis deficit.

CVII. Homo debet Deum super omnia reuereri,

CVIII. Homo in Deo fiduciam suam colloquare tenetur.

CIX. Homo in voluntate Numinis acquiescere debet.

CX. Deus est inuocandus desiderio animi interpo-

CXI. Ad orationem externam fundendam sumus quoque obligati.

CXII. Deo debemus gratias agere, eidemque animum gratum exhibere.

CXIII. Homo est obligatus ad id, ut seipsum cognoscat.

CXIV. Habitus acquiritur crebrioribus actibus.

CXV. Quilibet ad intellectum, ad maiorem perfectionis gradum evehendum, obligatur.

CXVI. Intellectus omni cognitione, quantum datur, imbuendus est, omnisque opera adhibenda, ut distincta cognitio in potestatem nostram magis magisque redigatur.

CXVII. Ea cognitio omni reliquae praferenda est, qua in vita nostra genere, & bono maloque discernendo opus habemus.

CXVIII. Vitanda est omni studio ignorantia, praesertim eius rei, quae bona est atque mala.

CXIX. Ignorantia neminem excusat, si eam exercendi fuerit in potestate, siue si ea fuerit *vincibilis*.

CXX. Excusat vero ignorantia, si eam exercendi non fuerit in potestate nostra, siue si ea fuerit *invincibilis*.

CXXI. Intendenda est attentio.

CXXII. Obligamus ad acumen augendum cum profunditate.

CXXIII. Concilianda est intellectui facilitas abstrahendi.

CXXIV. Intendendum est ingenium, ratioque excolenda.

CXXV. Voluntati ea perfectio est concilianda, ne vnguam appetamus, nisi bona vera, nec auersemur, nisi mala vera.

CXXVI.

CXXVI. Curandum est, vt appetitus seu siccus  
& affectus semper cum appetitu rationali consen-  
tiant.

CXXVII. Homo debet corpus suum conser-  
uare.

CXXVIII. Homo vitare periculum debet, quan-  
tum in potestate ipsius possum est.

CXXIX. Homo non debet sibi violentas manus  
inferre, aduersitatum finiendarum gratia.

CXXX. Danda est opera, vt dispositiones natura-  
les corporis humani, quibus ad munia sua subeunda  
aptus est, in habitus adolefcant.

CXXXI. Homo sanitatis conseruandae curam ge-  
rat.

CXXXII. Caveat homo, ne in morbos incidat,  
operari det, vt sanitas amissa restituatur.

CXXXIII. Homo ad integritatis corporis conser-  
uandae curam adstringatur.

CXXXIV. Neque cibum neque potum appetere li-  
cet, nisi qui ad sanitatem conseruandam condu-  
cant.

CXXXV. Neque in potu, neque in cibo excede-  
re modum debemus cum detrimendo sanitatis.

CXXXVI. Cibus boni saporis praferendus est alteri,  
qui minus sapit, vbi uterque fuerit in potestate, & ad  
sanitatem aequa conducat.

CXXXVII. In capiendo cibo & potu ratio haben-  
da est opum & dignitatis ciuillis.

CXXXVIII. Cuique hominum vitandus est nimius  
abor & nimiae vigiliae.

CXXXIX.

CXXXIX. Homo corpus vestimentis aduersus iniurias tempestatis muniat.

CXL. Vestimentis ad declinandam libidinem partes obscenae corporis velanda sunt.

CXLI. In vestitu habenda est ratio opum & dignitatis civilis.

CXLII. In domicilio eligendo, & supellecile instruenda, habenda est ratio opum & dignitatis civilis.

CXLIII. Homo sit in situ ac motu corporis circumspectus,

CXLIV. Quicquid oculorum aciem obtundit, id cum cura fugiendum est.

CXLV. Homo quoque de acquirendis opibus sollicitus esse deberet,

CXLVI. In opibus acquirendis *necessitatis* primum habenda est ratio, deinde decoris, denique iucunditatis.

CXLVII. In opibus acquirendis non modo ratio habenda necessitatis praesentis, sed etiam futurae.

CXLVIII. Opes parte, praeter necessitatem, ne dilapidentur, sed quaedam, futurae necessitatis gratia, conseruentur,

CXLIX. Nulla praetermittenda est occasio, qta, saluis officiis erga nos, alios, & erga Deum, opes parare datur.

CL. Opes non sunt per se appentdae, sed quantum vsibus nostris & aliorum inseruiunt.

CLI. Qmni homini est laborandum, nemini otandum.

CLII.

CLII. Labor conuenire debet dignitati nostrae & opum quantitati.

CLIII. Non modo laborandum est, necessitatibus subleuande gratia, sed danda quoque est opera, ut, quod perficimus, opus sua non careat perfectione nostrae perfectionis indice.

CLIV. Incumbit omni homini, ut honore se dignum praestet.

CLV. Nemo fanus honores appedit insolenter, quamuis se per specimina honore se dignum gerat.

CLVI. Honor non est in potestate nostra.

CLVII. Nemo alterum potest honorare, nisi qui de altioribus alterius verum ferre valet iudicium.

CLVIII. Absolum est, si quis honorem exigit aut expectat a non intelligentibus.

CLIX. Actus externi honoris, interno honore & mentis iudicio absente, non nisi umbram honoris referunt.

CLX. Famam suam ut tueatur homo, par est.

CLXI. Fortuna secunda non nimis effterri, aduersa autem neutiquam confundi, licet.

CLXII. Debemus felicitatem alterius promouere.

CLXIII. Alteri debes, quod tibimet ipse debes.

CLXIV. Homo alterum amare tenetur, tanquam seipsum.

CLXV. Omnibus debemus esse amici, nemini inimici.

CLXVI. Danda est opera, ne alios nobis redamus inimicos.

CLXVII.

**CLXVIII.** Homo sese super alterum extollerē hon  
debet.

**CLXIX.** Vnus alterum honore prosequi debet.

**CLXX.** Nequaquam, quae alterius famae nocent,  
vel alio modo noxia sunt, a nobis propagantur,  
quin potius, ab aliis prolata, in meliorem partem  
vertenda.

**CLXXI.** Neminem laedere debemus.

**CLXXII.** Nemini damnum est inferendum.

**CLXXIII.** Ad damnum, quod nostra culpa aliis illi-  
atum est, refaciendum obligamur.

**CLXXIV.** Si damnum euitare non fuerit in nostra  
potestate, nec ad eius reparationem tenemur.

**CLXXV.** Si, restitutionem damni urgentes, pec-  
caremus in officia, alteri debita, restitutio damni vr-  
genda non est.

**CLXXVI.** Damnum auertere licet.

**CLXXVII.** Curandum est, vt hostem, nobis  
damnum illaturum, compescamus, donec de non dan-  
do simus securi.

**CLXXVIII.** Benefactores sunt amandi.

**CLXXIX.** Gratos erga benefactores nos exhibe-  
re debemus.

**CLXXX.** Amicus ex nostra felicitate & ex nostra  
voluptate voluptatem capit.

**CLXXXI.** Fieri non potest, vt amicus sciens ac  
volens agat, vnde taedium nobis suboriatur, & quod  
iure displiceat.

**CLXXXII.** Si amicus ex inaduententia admiserit,  
quod nobis aduersatur, id quidem aegre ferendum  
non est.

**CLXXXIII.**

CLXXXIII. Id omne in actionibus nostris vitandum est, quod inimico taedium creare potest.

CLXXXIV. Non debemus inimicum odio prosequi.

CLXXXV. Omnibus hominibus, ipsis etiam inimicis, ignoroscere tenemur, si qua in re nos laeserint.

CLXXXVI. Ipsi inimici amandi sunt, ac si non essent inimici.

CLXXXVII. Inimicorum felicitatem promovere conuenit.

CLXXXVIII. Damnum, quod nobis inimicus illaturus est, quotuis modo arcendum est.

CLXXXIX. Ergo licet mediis, nonnunquam durioribus, aduersus damnum, ab inimico inferendum, vti.

CXC. Si aggressor violentus mortem nobis intentit, nec depelli aliter possit, quam si e medio tollatur, tum licitum est, violentum aggressorem vi repellere, & etiam e medio collere. In quo consistit moderamen inculpatae tutelae.

CXCI. Si fuga consulere nobis possumus, vel aggressorem in ipso actu poeniteat facti, vt nullum amplius vitae immineat periculum, iure inculpatae tutelae locus non est.

CXCII. Neutiquam mentiri licet.

CXCIII. Homo abstineat a falsiloquio, quoties in sui ipsius damnum cedit.

CXCIV. Si falsiloquium neque in loquentis, neque alterius damnum vergit, nec aliud medium superpetit, damnum auertendi, falsiloquium committere licet.

CXCV,

CXCV. Non omne falsiloquium est mendacium.

CXCVI. Contestationibus non licet ut sine ratione sufficientissima.

CXCVII. Iuramentum deferri nequit, nisi illi, qui credit, dari Deum, scelerum vindicem.

CXCVIII. Quando veritas, quam manifestari republicae interest, non potest allâ ratione in apicum produci, iuramento locus est.

CXCIX. In rebus leuioris momenti nec iuramentum deferre facile, nec praestare debemus.

CC. Nemini maledicere debemus.

CCI. Nihil promitti alteri debet, nisi quod legi naturali fuerit conforme.

CCII. Homo promisum, legi naturali conforme, tenere obligatur.

CCIII. Si quis quid promisit, quod legi aduersatur, promissis starâ non tenetur.

CCIV. Si ytraque vel alterutra paciscentium pars promittat, quae iuri naturali aduersantur, pacta seruanda non sunt.

CCV. Si alterutra paciscentium pars promisit legi conformia, pacta seruanda sunt.

CCVI. Ad impossibilia nemo obligatur.

CCVII. Promissum, quod adimpleti impossibile est, nemo seruare tenetur.

CCVIII. Pacta inualida habentur, si alterutra pars promittit impossibilia.

CCIX. Pacta perficiuntur mutuo consensu.

CCX. Si pars alterutra ad pacisendum metu inducitur, pactum hoc est validum.

CCXI.

CCXI. Istiusmodi pactorum , vbi alterutra pars paciscentium dolo ad paciscendum inducitur , nulla est validitas.

CCXII. Pactum non obligat , si vtraque pars paciscentium de iure suo remiserit.

CCXIII. Si pactum fuerit interpretandum , verba sunt eo significatu accipienda , quem ipsis viis loquendi tribuit.

CCXIV. Fieri haud potest , vt omnia , ad vitae necessitatem & commoditatem necessaria , sint communia.

CCXV. Dominium rerum introduci debuit.

CCXVI. Nemo , inuito ac incio domino , rem alterius auferre , vel quomodocunque in rem suam conuertere , debet.

CCXVII. Nemini licet alterum impedire , quo minus re sua vtatur ad arbitrium ; etsi re sua abutentem amice mouere queat , ne abutatur.

CCXVIII. Vnicuique incumbit , rem suam familiarem pro virili augere , nemini tamen id licet cum detrimento alterius.

CCXIX. Quae nullius sunt , cedunt occupanti.

CCXX. Quorum dominus ignoratur , ea pro rebus nullius habentur.

CCXXI. Quae ex domino proueniunt emolumenta , eadem ad dominum pertinent.

CCXXII. Arbitrium domini absolutum non est , sed per officia erga nosmetipos atque alios limitatum.

CCXXIII. Domini rerum ex uno in alterum transferri possunt , imo debent.

CCXXIV. Nemo gratis dominium alicuius rei, qua ipse habet opus, in alterum transferre obligatur, quia alter vicissim suae rei cuiusdam dominium in ipsum transferat.

CCXXV. Nonnunquam res permutandae sunt.

CCXXVI. Ut permutatio fieri queat, rebus statuendum est aliquod pretium, hoc est, singenda aliqua quantitas, iuxta quam earum ad se inuicem ratio determinanda.

CCXXVII. Ita sunt rerum pretia definienda, ut unusquisque, labore fungens, lucrari possit, quae ad vitae necessitatem, decus atque iucunditatem, requiruntur.

CCXXVIII. Qui rebus alterius indiget, operas suas collocare tenetur illi, qui iisdem habet opus.

CCXXXIX. Merces operarum exemplo soluenda est, praesertim vbi alter eadem indigeat ad vitae necessitatem tolerandam.

CCXXX. In permutatione pretii rerum permutandarum seruanda acqualitas.

CCXXXI. Pecunia conflanda est ex materia durable, cuius non multus in vita usus.

CCXXXII. Certum cuique monetae pondus assignari, certumque signum imprimi debet.

CCXXXIII. Usuriae aequitati minime repugnant, a debitore, saluis vitae, quas inde tolerat, necessitatibus, exactae.

CCXXXIV. Vitam solitariam in eremo agere haudquaquam licet.

CCXXXV. Plures, coniunctis viribus, proxime-

mouere inter se bonum commune consentiant, necesse est.

CC XXXVI. Salus societatis est eiusdem finis.

CCXXXVII. A societate discedere licet ei, qui vel metu, vel dolo ad eam ineundam fuit inductus.

CCXXXVIII. Societas ipso iure nulla est, cuius finis legi naturali est aduersus.

CC XXIX. A societate cum ceterorum damno discedere non licet.

CC XL. Ferendum non est, si quis sociorum bonum commune vel negligat, vel eidem contraria perpetret.

CCXLI. Sociorum est, id agere, ut socius degener vel ad frugem redcat, vel si id fieri non possit, ad eum statum redigatur, quo saluti sociorum officere amplius nescit.

CCXLII. Suprema societatis lex est: *Fac ea, quae salutem societatis promouent, omitt, quae eam impedit.*

CCXLIII. Salus societatis vniuersae est praferenda saluti sociorum singulorum.

CCXLIV. Nemo sociorum cum neglegitu socii extraneo succurrere tenetur.

CCXLV. Damnantur iure naturali omnes coitus libidinosi, qui non sobolis procreante gratia fiunt.

CCXLVI. Ii, qui sobolem procrearunt, eandem quoque debent educare.

CC XLVII. Societas nuptialis cum sobolis procreandae, tum educantae gratia est ineunda.

**CCXLIX.** Ad matrimonium sunt inhabiles, ~~cum~~ ii, qui liberos procreare, tum ii quoque, qui eosdem educare non possunt.

**CCL.** Qui extra matrimonium procreat problem ad eam educandam tenetur.

**CCLI.** Femina non plures ducere debet maritos.

**CCLII.** Non plures, quam unam, uxores ducere conuenit.

**CCLIII.** Inabilitas ad matrimonium idem difficitur.

**CCLIV.** Adulterium soluit matrimonium.

**CCLV.** Vxorem adulteram non repudians, de novo matrimonium contraxisse dicendus est.

**CCLVI.** Matrimonium mutuo mariti & vxoris consensu perficitur.

**CCLVII.** Celebrantis sponsalibus, matrimonium est consummandum.

**CCLVIII.** Matrimonium non necessario consummari debet, ubi sponsalia ita sunt celebrata, ut pars alterutra vel dolo, vel metu, vel aliis conditionibus illicitis & non adimplendis ad contentum sit allacta.

**CCLIX.** Mutuum adiutorium est finis secundarius matrimonii.

**CCLX.** Vtriusque coniugis est, augere pro virili rem familiarem.

**CCLXI.**

CCLXL. Mariti esse debet imperium, vxoris vero est, parere.

CCLXII. Consilium vxoris audire patienter debet maritus.

CCLXIII. Parentum est, non modo viatum & amictum suppeditare liberis, verum etiam illorum dirigere actiones.

CCLXIV. Parentum est praecipere liberis, quid ab iisdem fieri, quid omitti, debeat.

CCLXV. Liberi parentibus debent obedire.

CCLXVI. Liberi a parentibus ad certum vitae genus sunt destinandi, & ad idem praeparandi.

CCLXVII. Liberi patriae potestati subsunt, quamdiu ipsimet sibi de vitæ necessitatibus prospicere, actionesque, legi naturali conuenientes, dirigere nesciunt. In casu opposito cessat patria potestas.

CCLXVIII. Liberi, quamdiu sunt in patria potestate, non possunt quicquam suscipere sine parentum consensu.

CCLXIX. Liberi grato erga parentes sint animo.

CCLXX. Liberi parentes amare debent.

CCLXXI. Liberi parentes timeant & reuereantur.

CCLXXII. Liberi parentibus obedire debent.

CCLXXIII. Quodsi parentes, nondum finita patria potestate, moriantur, eadem in alios post mortem est transferenda.

CCLXXIV. Tutorum est, bona, a parentibus relicta, administrare, & pupillorum dirigere actiones.

CCLXXV. Tutores pupillis imperare, atque poenis & praemiis eosdem ad obediendum obligare possunt.

CCLXXVI. Tutoribus aequae ac parentibus obedire debent pupilli.

CCLXXVII. Pupilli tamdiu tutelae subsunt, donec bona sua ipsimet administrare, actionesque suas dirigere, valeant.

CCLXXVIII. Pupilli contractum sine tutorum consensu injure nequeunt.

CCLXXIX. A pupillis tutores sunt amandi.

CCLXXX. Iuri naturali conuenit pactum, quod quis cum altero, ea conditione faciat, ut is viatum & amictum praestet, suasque operas ad licitos adhibeat usus.

CCLXXXI. Seruus non obligatur hero, nisi ex pacto.

CCLXXVII. Seruorum est, ut prompte exequantur, quae ab hero legi & pacto congrua imperantur.

CCLXXXIII. Herus viatum, & quae, amictus gratia promisit, seruare debet.

CCLXXXIV. Seruo a societate herili non licet ante diem, inuitu domino, discedere.

CCLXXXV. Herus seruum inuitum ante diem dimittere non potest.

CCLXXXVI. Hero competit potestas, seruum obligandi ad iussa exequenda.

CCLXXXVII.

CCLXXXVII. Serius heri commoda quavis data occasione, & herus serui salutem promouere debet.

CCLXXXVIII. Herum seruus timere & reuereri debet.

CCLXXXIX. Damnum a seruo illatum hero sua culpa, a seruo refaciendum est,

CCXC. Patrifamilias imperium competit in domum vniuersam.

CCXCI. Materfamilias in domo imperium quoddam tenet ex consensu patrifamilias.

CCXCII. Patrifamilias est, curare, ut consensus actionum omnium domesticarum ad commune totius domus bonum obtineatur.

CCXCIII. Si salus totius domus cum salute singularum domesticorum collidatur; illa huic praefienda.

CCXCIV. Salus domesticorum praferenda est saluti extraneorum.

CCCV. Ut homines vitam suauiter & iucunde degant, plures in vnam societatem eoalescere debent.

CCXCVI. Plures quoque in vnam societatem coalescant necesse est, ut ab hostilibus aliorum insulibus tuti sint.

CCXCVII. Respublica necessario debuit constitui.

CCXCVIII. Finis reipublicae est salus communis & securitas sive tranquillitas.

**CCXCIX.** Lex suprema reipublicae haec est; *Fac ea, quae salutem & tranquillitatem reipublicae promovent omittit, quae utrique contrariantur.*

**CCC.** In republica actiones non sunt aestimandae, intuita singulorum, verum etiam totius communitatis.

**CCCI.** In republica iniustum esse potest, quod in statu naturali erat licitum.

**CCCII.** Ferendum in republica non est, quod saluti & tranquillitati publicae repugnat.

**CCCIII.** Si quis in republica quid agat, quod saluti reipublicae officit, tum is aut ad frugem est reducendus, aut ad eum statum redigendus, quo saluti & tranquillitati publicae officere amplius non potest.

**CCCIV.** Si bonum singulorum priuatum cum publico collicitur, bonum publicum praferendum est priuato.

**CCCV.** Si salus ciuium seu membrorum reipublicae cum salute exterorum collidatur, ciues exteris sunt praferendi.

**CCVI.** Plures respublicae singulas personas, in statu naturali degentes, repraesentant.

**CCCVII.** In republica administranda & constituenta operam adhibeamus, necesse est, vt, qui ad satisfaciendum obligationi naturali propria sunt, iuuentur, nec ab aliis impedianter, immorigeri autem vi adigantur, vt minimum externorum actuum cum lege naturali sit conformitas.

**CCCVIII.** In republica adsint, necesse est, *impresantes*, adsint quoque *parentes siue subditi*.

**CCCIX.**

CCCIX. Paxum intercedit inter imperantes & parentes, quo illi promittunt, se communi saluti consulturos, hi vero spondent, se facturos ea, quae ipsis commoda videbuntur.

CCCX. Imperantes omnia ad salutem & tranquillitatem publicam dirigere tenentur.

CCCXI. Parentes sive subditi facere tenentur, quae ab imperantibus praecipiuntur.

CCCXII. Diuersae sunt rerum publicarum formae.

CCCXIII. Imperantium est, efficere, vt legum naturalium custodia vigeat in republica.

CCCXIV. Imperantes summum subditorum bonum intendunt.

CCCXV. Imperantes omnia dirigant ad felicitatem subditorum.

CCCXVI. Imperantes se habent ad subditos, vt parentes ad liberos.

CCCXVII. Imperantes se habent ad subditos, vt paterfamilias ad domesticos.

CCCXVIII. In republica obligatio ciuilis introducenda, vbi naturalis non sufficit ad coercendos actus, saluti & tranquillitati publicae aduersos.

CCCXIX. Curandum est, ne numerus subditorum minor sit, quam qui bono communī promouendo, & defensioni aduersus hostiles insuleus sufficit.

CCCXX. Non est in republica ferendum, vt quisquam cum damno reipublicae ex eadem difcedat.

**CCCXXI.** In républica curandum est, ne deficiant bona naturalia ad victum, amictum atque aedes necessaria, & vt subditi prouentum bonorum naturalium, industria & labore, promoueant.

**CCCXXII.** Curandum in republica, ne desit labor laborem quaerentibus, pretiumque labori statuendum, quod vitae, victui & amictui congruo parando sufficit.

**CCCXXIII.** In republica minime ferendum est, vt otio diffuant, quibus vires ad laborandum suppetunt.

**CCCXXIV.** Curandum est in republica, vt incolae de Deo ipsiusque cultu instituantur, animique eorum omni reliqua notitia imbuantur, ad quam obligantur.

**CCCXXV.** In republica eminentia ingenia quoque iuuanda sunt, vt scientiis & artibus perficiendis cum fructu vacare queant.

**CCCXXVI.** In republica curandum est, vt liberi, absque sumtu, parentibus oneroso, instituantur, atque ad futurum vitae genus praeparentur.

**CCCXXVII.** Neque illi in institutione negligendi sunt, quorum educationi parentes sumtus necessarios suppeditare nequeunt.

**CCCXXVIII.** Non postrema cura sit in republica, vt liberi a vitiorum tramite deducantur, & ad virtutis culturam perducantur.

**CCCXXIX.** Curandum est in republica, ne quis alterum facile laedat & vbi quis damnum dederit, ad eius restitutionem adigatur.

**CCCXXX.**

**CCCXXX.** In republica opera danda est. vt contractus legitimi celebrentur, & illegitimi publica auctoritate rescindantur.

**CCCXXXI.** Curandum est in republica, ne quis in vitae pericula incurrat sanitatisque & membrorum iacturam faciat, & vt praefo sint media morbos auertendi, & curandi eos, quos auertere minime licet.

**CCCXXXII.** Nec autochiria, nec homicidia in republica sunt toleranda.

**CCCXXXIII.** Nec iniuriae sunt ferenda in republica.

**CCCXXXIV.** Ferendum in republica minime est vt quis contra officia opes suas dilapidet, nec futurae olim necessitati consulat.

**CCCXXXV.** In republica non sunt tolerandi mendici, otii dulcedine ad mendicandum allecti.

**CCCXXXVI.** Non ferendum est in republica, vt petantur eleemosynae ampliores, quam quae vitae necessitatibus sufficient.

**CCCXXXVII.** Eleemosynae in republica non esse debent perpetuae, vbi extraordinariae casui extraordinario sufficiunt.

**CCCXXXVIII.** Ebrietas in republica impune ferri non debet.

**CCCXXXIX.** Curandum est in republica, vt aedificia exstruantur firma, utilia, & pulchra.

**CCCXL.** Impediendum tamen est in republica, quo minus nimii sumtus in aedificando profundatur.

**CCCXLI.**

**CCCXLI.** Qui reipublicae salutem curant, de sensuum oblectamentis innocuis creandis solliciti sint.

**CCCXLII.** In republica excogitandi sunt honorum tituli, & praerogatiuorum iura sunt iis concedenda, qui honoribus digni aestumantur & sunt.

**CCCXLIII.** Insidiae, quae alterius famae struuntur, in republica ferendae non sunt.

**CCCXLIV.** In republica vindicta priuata minime est concedenda.

**CCCXLV.** Cauere debent imperantes in republica, ne ii, qui animaduersiōnem publicam experti sunt, ad vindictam priuatam redeant.

**CCCXLVI.** In republica transgressoribus poenae, cultoribus virtutum praemia decernantur.

**CCCXLVII.** Lex naturae transit in ciuilem, quantum obligatione ciuili munitur.

**CCCXLVIII.** Iudex in foro litigaturos mouere nitatur, ut aequitati locum relinquant, antequālis decernatur.

**CCCXLIX.** Leges in republica ferre nequit, nisi is, penes quem summum est imperium.

**CCCL.** Leges a personis, rerum, de quibus feredae sunt, satis gnaris sunt concipiendae.

**CCCLI.** Ut autem leges vim legum acquirant, a summo imperante sunt confirmandae.

**CCCLII.** Statuta quoque Collegiorum & artificium ab artis peritis condenda & a summo imperante sunt confirmanda.

**CCCLIII.** Leges sunt in republica promulgandae,

dae, nec ante publicationem quempiam obligare  
valent.

CCCLIV. Summi imperantes summam in repu-  
blica tenent potestatem.

CCCLV. Potestas summorum imperantium ipso  
jure naturali limitatur atque ipsis, contraria imperan-  
tibus, minime obedientia debetur.

CCCLVI. Summi imperantis potestas etiam per  
republicae formam limitatur.

CCCLVII. Ne summus imperans abutatur sua  
potestate, ad custodiam legum fundamentalium est  
obligandus.

CCCLVIII. Summus imperans habet potestatem,  
constituendi poenas in legum transgressores.

CCCLIX. Poenae capitales nonnunquam possunt  
transgressoribus dictari.

CCCLX. Summis imperantibus competit ius vitae  
& necis in subditos.

CCCLXI. Iure vitae & necis summis imperanti-  
bus ~~uti~~ non integrum est, nisi quantum salus & tran-  
quillitas publica poenas capitales in legum transgredio-  
res statui iubet.

CCCLXII. Potestas summa comprehendit quoque  
facultatem imponendi ciuibus opera, siue ab ipsis ex-  
igendi sumtus, ad executionem operis cuiuscunque  
necessarios.

CCCLXIII. Summo imperanti competit ius con-  
uocandi eos, quorum consensu de salute & tranquilli-  
tate publica dispositurus habet opus.

CCCLXIV.

**CCCLXIV.** Imperanti summo competit potestas, conuocatos ad comparendum obligandi.

**CCCLXV.** Vana summi imperantis foret potestas, nisi potentia accederet.

**CCCLXVI.** Ad potentiam summi imperantis refertur, vt possit pecunias constituere, item milites comparare, vt habeat ius constituendi & remouendi magistratus & iudices in oppidis, pagis atque provinciis, item conferendi munera publica & dignitates ciuiiles.

**CCCLXVII.** Maiestate laedit is, qui contra principis potestatem atque potentiam quicquam molitur.

**CCCLXVIII.** Maximus criminis laesae maiestatis gradus est, qui summum imperantem potestate atque potentia prorsus priuare conatur.

**CCCLXIX.** Summus imperans non modo leges ferre debet, sicuti animaduertit, vitia inualescere, sed emendare quoque & meliorare leges tenetur, si quando næui earundem se produnt.

**CCCLXX.** Si delictum aliquod ita inualescit, vt in consuetudinem fere abeat, tum princeps siue summus imperans intendere debet poenas, leuioribus in grauiores mutatis.

**CCCLXXI.** Summi imperantes iudices constituere debent, qui delinquentibus poenas statutas infligant.

**CCCLXXII.** Iudicibus tribuenda est potestas, sententiam ferendi de controuersis ciuilibus, vt vnicuique tribuatur, quod suum est.

**CCCLXXIII.**

**CCCLXXIII.** Iudices merito habeant potentiam , de controversiis ciuilibus sententiam ferendi & poenas , delinquentibus statutas , exequendi.

**CCCLXXIV.** Iudices debent esse legum periti.

**CCCLXXV.** In iudice omnis personarum respectus , omne lucrum priuatum , omnis ratio alia abesse debet , quae voluntatem ad sententiam , legi aduersam , flectit.

**CCCLXXVI.** Iudex sententiam ferre nequit , nisi caussa cognita , adeoque non modo facilis sit accessu , sed & aurem praebeat vnicuique patulam.

**CCCLXXVII.** Iudex delictum odio prosequatur , personam delinquentis amet.

**CCCLXXVIII.** Iudex ab omni vitiorum inquinamento procul sit remotus.

**CCCLXXIX.** Iudicibus obediendum est , si quid , officii ratione , fieri iubent.

**CCCLXXX.** Iudicibus , quem merentur , honor debetur.

**CCCLXXXI.** Munera publica non sunt , nisi dignis , conferenda , hoc est , iis , qui norunt , quomodo sint obeunda.

**CCCLXXXII.** Summi imperantis est , cauere , ne pecunia ex suis regionibus in exterias deferatur.

**CCCLXXXIII.** In republica curandum est , vt exterorum nummi in patriam importentur , hinc videndum , vt scholae & academiae capiant incrementum , vt item artifices & operarii liberalius sustententur.

**CCCLXXXIV.** Imperanti summo id agendum est,

**e**t, vt pecunia, conueniente ratione, inter incolas distribuatur, ne vnu abundet opibus eum ceterorum damno.

**CCCLXXXV.** Summus imperans subditos defendat aduersus inimicorum iniurias, & aduersus hostium impetus.

**CCCLXXXVI.** Vna respublica damni, ab altera dati, restitutionem vrgere, damnumque, quod intentat, auertere potest.

**CCCLXXXVII.** Si reparatio damni obtineri non possit, nisi vi, tum vis vi repellenda est.

**CCCLXXXVIII.** Bellum in hoc casu licitum est, cum vis vi repellenda est.

**CCCLXXXIX.** Bellum defensuum est licitum, si offensuum fuerit bellum, est illicitum.

**CCCXC.** A iusto etiam bello abstinentur est, si damnum, ex bello in rem publicam redundaturum, maius sit, quam quod reparandum vel auertendum.

**CCCXCI.** Quos in bello sumtus pars laedens causata est, ad hos refundendos tenetur.

**CCCXCII.** Vnus imperans alteri suppetias ferre tenetur, si quis ipsum iniusto bello aggreditur, contra quem se satis defendere non potest.



POTIO-

POTIORES  
CONTROVERSIAE  
PHILOSOPHICAE  
RECENTIVS AGITATAE  
ET  
NONNVLLIS EPISTOLIS  
COMPREHENSAE.

T



## EPISTOLA I.

## ARGUMENTVM.

*Dubitantius commemorat sermones, cum Alethaet parente habitos, & quale hic de philosophia Wolfiana tulerit iudicium aperit. Sub finem, nonnullos sibi inde ortos esse scrupulos, monet.*

Alaetheo S. P. D. Dubitantius.

**M**hi vero *Vir clāssime*, quod nescio an vlli nuper admodum contigit, vt cum patre tuo, exequitiae profecto eruditionis, subactiorisque iudicii viro, de varii generis argumentis sermones conferre potuerim. Multa, fateor, in medium proferebantur, quorum recordatio, ita viuam, vt & periucunda mihi nunc est, vtilissima. Cum vero plurima disputabat parens, tum, memini, in eum sermonēm incidisse ipsum, qui nunc fere omnibus est in ore. Nosti enim, *Alethaee*, varie a variis de *philosophia Wolfiana* existimari. Quare disputationēm de huius philosophiae incrementis, factis & placitis in multā noctem producebamus. Parentēm vbi inaudieram & legere Wolfii scripta, & legendis iis iucundissime affici, multa dicebam contra, & nonnulla, vt opinor, grauiora. At ille instare, Wolfium admirari, eius sententias explicare, vindicare; & grauius interdum, cum sermo incideret in aduersarios, indignari. Tum ego, ecquid, inquam, tandem illud est, quod philosophiam Wolfianam tantopere commendat! Qui fit,

ut, quo quisque huius philosophiae est peritior, hoc maiorem apud omnes fere, eruditissimos certe, laudem consequatur? Confestim ille, dicam, inquit, quod sentio.

„Decem, amplius, sunt anni, cum forte fortuna Venerandi Langii, nescio quod, scriptum, contra Wolfii placita adornatum, in manus incidit. Quam quidem scriptionem cupidius, quam ullam, vñquam aliam, rei nouitate adductus, perlegebam. Vixdum inspicere occooperam scriptum, cum vehementissime detestarer Wolfium, quem, prope aberat, quin & miserrimum philosophum, & quos prisca recensque tulerit aetas, Atheorum pestilentissimum crederem. Nulla enim pagina, &, ne quid dissimulem, nulla occurrebat periodus, qua non vel supinae cuiusdam ignorantiae, vel Atheismi etiam & Spinozismi Wolfius a Langio fuisset insimulatus. Exhorui, at fidem tamen Langio, (fatebor enim,) habui. Et quidni habet rem? Ita enim, dicam aperte, rationes subducet, nam: Langius in amplissimo dignitatis gradu constitutus, apud me, & peraeque omnes multa huc duni valuit, yaetque etiam nunc auctoritate. Eruditionis praeterea gloria eruditissimis excellit, ipse que adeo, quid in quaere sit veri, optime perspicere, &, quale illud sit, dijudicare vñus omnium maxime potest. Quam eruditionis laudem, iudiciique auxiliis cum adaequet pietas, candoris, que gloria, quid obstat, quo minus mihi persuadear, & potuisse Langium, quid sit verum falsum, dicere, & voluisse? Haec ego interlegendum. Ne tum videram quidem vel Logicam, „vel

„vel Metaphysicam, vel philosophiam moralem,  
 „vel yllum denique aliud Wolfii scriptum. Quid  
 „ergo ego? Satis interia habebam, odiſſe Wolfium,  
 „& a legentis ipsius scriptis amicos, & quos pote-  
 „ram, arcere. Egregie quoque, & sibi, & aliis  
 „confuluisse illos, putabam, & inter fortissimos ve-  
 „ritatis defensores referebam, qui omne acerbitatis  
 „virus euomerent. Inter haec meum, qui etiam  
 „nunc Ienae commoratur, filium in academiam Ie-  
 „nensem commeare, &, ne quid veneni imbiberet  
 „Wolfiani, ſedulo cauere iubebam. Dicto ille au-  
 „diens Ienam commigrauit, &, de solidis ſolidae  
 „eruditionis fundamentis ſolicitus, ſtudiorum cur-  
 „sum a philosophia ordiendum existimauit, Ad  
 „omnes philosophiae doctores ab amicis & ciuibus  
 „deductus, tandem fato, nescio quo, benigniori cer-  
 „te, ad eruditissimum quendam philosophiae Wol-  
 „fiane explanatorem deuenit. Hic trepidans, pa-  
 „ternique memor consilii, ſuae ſubtimere ſaluti, &,  
 „ne quid combiberet veneni, ſolicte cauere coepit.  
 „At quam ſefellit opinio! Ipsas, quas ſua ad me ma-  
 „nu, hac de re, perscripsit filius, litteras, ſi licet,  
 „praelegam.

### Venerande Parens.

**P**hilosophiam audio, ſed, (quid enim negem?)  
 Wolfianam. Perditum me clamabis, & degene-  
 rem. At, ſi me patienter audies, rem narrabo.  
 Ut Ienam veni, ad eos, quos maxime celebrari au-  
 diebam, philofphiae doctores adii. Quorum vero  
 cum nonnullos ita philofphari viderem, vt ad ipſos

intelligendos novo opus videretur interprete, viros, quā solidiora maiors cum perspicuitate dicerent, circumspicere occoepi. Deductus itaque ab amicis ad eruditum quenāam philosophiae Wolfsianae interprētem, subtimidus initio dīliti, memor tui, Parens, Tuorūmque monitorum Et, ut verum futurā, formidolosa futuri mei exitii species meniem, loca motam, paene exanmā at. Sed quam gaudebam, cum, me fasā formidinē, inanibusque deindū ter- rīcūtamentis, intelligerem. In eo versabatur tum Magister, cum & ego essem una, & plures amici, ut doctrinam de affectibus, due quidem Wolfi, ex- planaret. Arrectis attēndebam auribus, &, quae ducebantur, quam poteram, audiissime excipiebam. Bone Deus, quam enodat singula proponebantur! quam solide, quam eleganter positiones omnes, di- stributius altariae, demonstrabantur! Quam targam in mente lūem, discussa diuīurna illa caligine, op- pido exoriri, senebam! Perbeatus profecto mibi videbar, qui, ad limpidissimos philosophiae fontes delatus, repereram tandem, ubi paſcerem anīgum, doctrinæ cupidissimum. Quare, quem elegit, phi- losophiae doctorem continenter nunc audio, audiam- que tamdiu, quamdiu me non poenitebit, Wolfi scripta sumfisse in manus, legisse, expendisse. Aut nihil ego video, aut admirandum acum: n, solidi- tamque exquisitam in Wolfsiis scriptis copiosius deprehendo. Tantum praeterea abest, ut Atheismi vestigia in Wolfi placitis ponuerim inuenire, ut pon- tius, ex quo, quae de Deo eiusque perfectionibus erudite accurateque disputat Wolfius, legi, ad veram, pietatem me acris exstirpatum, senserim.

Lege,

*Lege, &c., quam vera dixerim, compieres. Plura  
coram. Quibus optimè vale.*

„ Haec tenus filius. Cohorruī, fateor, cum haec  
„ legi, &c., de ipsius salute actum esse clamitaui.  
„ At, iterum iterumque ab ipso rogatus, ut Wolfii  
„ legerem scriptā & expenderem, tandem, diu licet  
„ reluctatus, ad eius accessi Metaphysicam, & alia  
„ aliae deprehendebam ibi, quae mihi videbam-  
„ tur δυσνόητα. Sed, attentione paullo maiori  
„ adhibita, ea explicari & demonstrari, videbam,  
„ quae antea & obscura satis, & incerta mihi fue-  
„ runt. Quo crebrius lecta repetebam, hoc clarior  
„ in mente lux exsurgebat, hocque ardentiores in  
„ me plura legendi cupiditatem persentiscebam. Haec  
„ enim Wolfii dos est, ut, cum alii scriptores cre-  
„ brius euoluti, legendique, afferunt satietatem,  
„ Wolfius nunquam legi satis relegique possit. Fun-  
„ damenit systematis Wolfiani positionibusque  
„ omnibus a me rite expensis, reperi, viro acutissi-  
„ mo summam fieri iniuriam, cum nota Atheismi  
„ ipsi inuritur. Aduersarii ipsum intelligere, vel  
„ noluerunt, vel non potuerunt. Non is ego sum,  
„ ut in aliqui verba iurem, aut, coeco Wolfii  
„ amore ductus, philosophiam eius defendam. Sed  
„ cum omnia ipsius asserta rationibus communiri vi-  
„ deam, quidni approbem ea, & pro veris habeam?  
„ Vsum quoque philosophiae Wolfianae tantum huc-  
„ dum in Theologia expertus sum, quantum quis-  
„ quam, vel optare, vel sperare, possit. Poenitet  
„ itaque me & piget pristinae & inconsultae praeci-  
„ pitantiae, qua commotus, & reiiciebam philoso-  
„ phiam Wolfianam, & aliis disuadebam. Nunc

„& tibi eam & omnibus, solidiorem consecuturis eru-  
 „ditionem, quam possum, prolixissime commendabo.  
 „Usum studii, quod in ea condiscenda collocabis, tan-  
 „tum sentio perbreui, quantum solet esse illorum-  
 „damnum, qui & Wolfiana, & omni prorsus philo-  
 „sophia neglecta, illotis, quod aiunt, manibus alti-  
 „ora attingunt.

Haec venerandus senex, parens tuus. Sed obre-  
 pebat somnus, qui impediebat, quo minus eius sermo-  
 nibus, qui me nonnullam in dubitationem videban-  
 tur adduxisse, meas opponerem dubitandi rationes.  
 Me enim, fateor, multi, iisque non omnino nullius  
 momenti, pungunt & vellicant scrupuli, quos mihi  
 scripta legenti Wolfiana, subortos recordor. Pro-  
 ponam, quos nexui, nodos subsequentibus litteris,  
 idque ideo, ut tua prudentia scientiaque doctior euad-  
 adam & prudentior. Quod reliquum est, nihil ma-  
 gis opto, quam ut bellissime valeas, meque, ut facis  
 amare pergas. Dabam Sceptopolis cIcIccXXXVII.  
 Ipsiſ Calend. Ian.

## RESPONSIO. DOCTISSIMO DVBITANTIO S. P. D. ALETHAEVS. ARGVMENTVM.

*Gaudet Alethaeus, obtigisse sibi dissentientem doctum  
 & modestum. De Wolfio quaerad adfert & Phi-  
 losophiam eius laudat. Controversias Wolfianas  
 in meras logomachias abire, affirmat.*

Quas

**Q**uas ad me perscripsisti literas, recte accepi. Mentiā, si, iis quicquam gratius vñquam accidisse mihi, affirmem. Continebant enim, praeter luculentam prolixae tuae in me voluntatis significacionem nonnulla, ad philosophiam Wolfianam pertinentia. Contra quam, non miror, te nonnullas concepisse dubitationes. Fit enim ita fere, vt, prout quisque maxime ingenio verique perscientia excellit, ita ad dubitandum propensissimus reperiatur. Quare hoc lubentius me nodos propositos soluturum, pollicor, quo noui certius, non nisi eiusmodi dubitandi rationes abs te posse proferri, quae eruditissimo cuique ameliusimam veritatis indagandae occasionem, possint suppeditare. Ferre possum dissentientes, sed tui similes, i. e. eruditos, modestos, verique perquam studioſos. Hi enim cum in eo cupide elaborent, vt, quid in quaue re insit veri; perspiciant, faciendum non putant, vt aliorum, contra quos disputant, famae labeculam adspicant, aut iis, a quibus dissentiant, turpitudinis iniurere gaudeant notari. Rabidorum enim canum hoc est, non hominum, nedum sapiendum. Sapiens, cum confutat errores, eam sibi legem dicitat, vt nihil dicat, nihil admittat, quod in altero turbet animum, quod attendendi vim acneruos infringat. Quare, quantum potest, tantum sibi cauet ab aculeatis diæteriis, conuiciisque nefariis. Horum enim, in euellendis errorum fibris, non modo nullum videt usum, sed impedire quoque ipsa animaduertit, quo minus disputantes mentis intendant aciem, videantque verum, aut, quid vero sit proximum. Ratione pugnat sapiens & argumentis, non auctoritate, non liuidis inuidiae telis, & diæteriis

venenatis. Talis cum mihi nunc obtigerit dissensiens, habeo profecto, cur mihi impensis gratuler. Apertius igitur, caussis odii amorisue procul habitis, mentem meam de *philosophia Wolfiana* declarabo, vt intelligas, quam vanae, quam inutiles & friuolae pleraequae fuerint controuersiae, a decem inde annis, maximo animi motu maximaque contentione agitate. Vera narrauit pater, quem, commemini, mihi, in Academiam coeaturum, plurimas proposuisse rationes, cur Wolfii philosophiam, vt scopulum, deuitarem. At, vt sit, nitebar in vetitum, & cupiebam negata. Nunquam fortasse de scriptis Wolfii perutoluendis, ne somniando quidem, cogitasse, nisi parens eorum lectionem tam grauiter interdixisset. Vbi ergo clanculum, & inscio parente, Wolfiana legere occooperam, solito suauius afficerat, vel quod largam in mente mea lucem exoriri sentiebam, vel quod erant prohibita. Nescire hoc nolebam patrem, qui, diu multumque abs me rogatus, tandem inspicere Wolfium, legere ipsum & ponderare nullus dubitabat. Tum pristini erroris ponitare ipsum, & alia omnia sentire, comperi. Hinc minus mirabere, quod ipsum de Wolfio Wolfique placitis honorificentissime existimasse, audieris. At, inquies, quid illud tandem est, quod vos tantopere Wolfii amor detinet? Quae illa esse potest philosophia, cuius omnis vis neruusque in eo consistit, vt, ratione, illa optima optime sentiendi viuendique magistra explosa, vnum segetetur hominem, vniusque iudicio & auctoritate omne verum falsumue metatur? Bona, quaeso, verba! Non is ego aut videri volo, aut unquam fui, cui eiusmodi philosophandi probe-

probetur ratio, in qua auctoritati plurimum, ratione nihil vel parum velinquitur loci. Neque tam coegero Wolfii amore me ductum existimes, vt, sit ait ille, iam, si negat, negem. Veritas milles Wolfiis & fuit mihi semper potior, & est etiam nunc, & erit, dum viam. Hoc non tamen diffiteri possum, me cum pluribus aliis Wolfiana philosophandi ratione vehementer delectari. Neque nullis omnino commoueor rationibus ad id, vt Wolfium magni faciam, plurimique scripta, ab ipso edita, aestumem. De WOLFIO quidem cur mutata faciam verba, non video. Nostis merita eius & profundiorem eruditonem. De vita vero ipsius & fatis sic habeto. CHRISTIANVS WOLFIVS, anno praecedentis seculi nono & septuaginto, xxiv. Iau. natus est Vratislauiae, urbe Silesiorum principe, & opibus florentissima. Parentes, cognita filii indole, omnem adhibuerunt diligentiam, vt rectis moribus studiisque liberalissimis ipse imbueret. Disciplinae itaque & curae GYPHII, TITII, KVPPFENDERI, aliorumque perpoliendus limandusque traditus, in literatura cultiori, philosophia, mathesi etiam, ita profecit perbreui, vt, anno ccccxcix, maxima eum laude, maximoque docentium plausu, potuerit in Academiam Ienensem dimitti. Quo ubi peruenit, TREVNEROS, HAMBERGEROS, MVLROS, BECHMANNOS, reliquos, adeudos audiendosque putauit. His sub ducibus non Mathesin modo, ad quam se naturali quodam instinctu & inflammatissimo studio rapi sentiebat, diligentissime colebat, sed Theologiae quoque & sacris ita se addixerat, vt omnia sua studia ad exquisitiorem rerum diuinorum

rum intelligentiam referret. Id quoque pertinaci suo & improbo labore, & quadam naturae bonitate erat consecutus, vt alios, apertis scholis mathematicis & philosophicis, multo cum fructu posset docere. Lipsiae itaque, quo se docendi causa contulerat, auditores, qui maxima ad ipsum frequentia confluabant, tanta industria tantaque instituebat fide, vt breui mirum quantum illustraretur. Maxime vero summo probabatur Leibnitio, cui & qb raram soliditatem, & ob nouam veritates morales proponendi methodum, erat percarus. Tot tamque egregiis diuini plane ingenii experimentis editis, fieri non poterat, quin exteri certatum Wolfium ad se vocarent, ipsumque, lautis stipendiis oblati, suum esse vellent, Halam tandem accitus, mathemata vna cum philosophia docebat, vsque ad annum C I O C C X X I I I. Hic annus Wolfio eiusdemque familiae maxime erat fatalis. Ipse enim, inuidiae cedere & paene succumbere coactus, Hala exturbabatur. Vsque adeo hostium furor in Wolfium detonabat! Ille igitur abire, Marburgum concedere, amicis triste sui desiderium, inimicis victoriam relinquere. Vbi vero Marburgum venit, dici non potest, quam honorifice ab optimo quoque exceptus, quamque liberaliter ab eruditissimis fuerit habitus. Perbeata sibi videbatur Academia, haec doctorem, cui, nescio, an pauci possint pares putari. Sublatus ita Wolfius ex adversariorum oculis, Marburgi tutum fese, tanquam in portu, delitescere arbitrabatur. Ad frustra. Nonnulli enim, quibus infestus erat in ipsum, etiam absentem, omne acerbitas virus euomebant. Wolfius vero, cauillationibus aduersariorum generoso animo contemitis, placit-

placida aequabilique, quicquid ferendum est, fert mente, assidue in eruditissimis scriptis conficiendis occupatus. Nos, licet nec odio nec amori dare quid videri velimus, optamus tamen, ut viri acutissimi sanitas nullo casu conuellatur. Ita fore spero, ut uberrimum philosophiae thesaurum ab excellentissimi Wolfii ingenio & soliditate posteri sint reportaturi.

De Wolfii scriptis quid attinet, multa proferre? Prostant vbique, neque eorum ullum, opinor, erit tibi ignotum. Neque ipsi illi, qui Wolfium tam liuide insectantes, iniciati possunt, distincte satis & solide veritates abstrusissimas a Wolfio proponi. Sunt enim in systeinate Wolfiano notiones ita enodatae, tamque perspicue euolutae, ut, ad intelligentiam recte instruendam, hac philosophia vix quicquam credam posse esse accommodatius. Fuit, cum pluri-  
marum rerum notionibus confusis, aut obscuris adeo, mens mea inuoluebatur, sed ut legere Wolfium contigit, & audire philosophiae Wolfianae explanatores, laetus & prope exsiliens clamitaui: *Discussa est pri-  
flina illa caligo: diluxit: paret: video pleraque di-  
stincte.* Fuit, cum, quae noueram, credebam potius, quam scienter perspecta habebam. Vbi vero suis quaeque asserta rationibus in systemate Wolfiano communita videbam, quemque hominum, non tam ad credendum in rebus humanis, quam ad rationes reddendas natum existimau. Atque ex eo tempore ita, quae didici, discenda arbitratus sum, ut cuiusque rei distinctam animo informarem notionem, causasque omnium, quae obuersantur, interiores indagarem. Accedit, quod & Deum, & me ipsum, magistra quidem

dem ac duce philosophia Wolfiana, ita nosse didicem, vt multo acriorem ad recta perpetranda stimulum in me senserim. Nihil, (quod mihi vel iniurato credas,) argumentis, ab amore ductis, tribuo. Idem mecum sentiunt complures, siue eruditissimi viri. Nosti enim, nullam nunc Academiam, vel in Germania, vel in vniuersitate Europa, reperiri, in qua non Wolfii philosophia plurimi aestumetur, & prolixe aliis commendetur. Qui in ea Atheismum, Spinozismum, &c. nescio quem *lumen* delitescere, putant, nae ii insignem intentis *αρρωστιαν* produnt, seque sagacioribus exsibilandos propinant. Legi Wolfium, reliqui saepius & expendi. Quod vero aduersarii Wolfii in ipsis systemate reperisse sibi nisi sunt yenum, plane non deprehendi. Legi, quod praefacie dixerim, omnia fere, quae conquirere potui, scripta, aduersus Wolfium confecta. Sed proh! Dei atque hominum fidem! quam male ipsius mens detorta est! Quam saepe argumentis, ab inuidia ductis, contra ipsum pugnatum obseruo! Hinc non miror, quid sit, quod eorum fere omnium, qui, sepositis Wolfianis scriptis, aduersariorum non nisi lectitent libellos, mentes a Wolfio abalienentur. Idem, (quid enim dissimilem?) contigit mihi, qui, cum nihil dum vidissimum scriptorum Wolfianorum, ita odio exarseram contra ipsum, vt pene molestum esset, nomen *Wolfi* sermone usurpare, vel eiusdem saltem meminisse. Cuius quidem in Wolfium odii, (si, quod res est, dicendum,) nullam, reperio, extitisse aliam causam, quam quod nonnulla, quibus confutabatur Wolfius, scripta legeram, auide, pia deceptus si. explicitate. Vbi vero ipsum inspexisse mihi contigit Wolfium, cognita

gnita pristini erroris foeditate, respui. Neque magis  
ueor valde tot controvërsiis, tantoque tot contradic-  
centium strepitu. Res vtrinque perlaepe conceditur,  
de verbis disceptatur. Evidem in iis numerari no-  
lo; qui, quicquid vel in Theologia, vel in philosophia,  
disceptatur, id omne ad logomachias pertinere,  
putant. Diffiteri tamen non possum, vix me mihi  
temperare posse a risu, cum video, summos erudi-  
tissimosque viros, tanto animorum motu, tanta acer-  
bitate de verbis inanique sono idemtidem pugnare.  
In controvërsiis maxime Wolfianis quid aliud agitur  
saepenumero, quam vt, dum multa aguntur, agatur  
nihil? Viderint Wolfii aduersarii, quam recte faciant,  
cum, quod ipsi docent, impugnant, vel id, quod ipsi  
improbarunt nunquam, vel ideo improbant & dam-  
nant, quod a Wolfio dicitur. Verba mutes, aliis-  
que vtate nominibus, aliis loquendi formulis, & vi-  
debis, quam concordes, quam tecum in omnibus  
consentientes habiturus sis eos, qui modo bellum tibi  
tuisque placitis indixerant. Tanta vis est verborum,  
quae, dici non potest, quam multis saepe immerito sint  
offensioni! Dic, vt hoc vtar, *methodum mathematicam* in veritatibus proponendis esse adhibendam.  
Hem! quantis belli fluctibus obliuciere? Alii falsius te  
ridebunt, alii stupidum te & bardum deputabunt, &  
te quidquam hominis habere, negabunt. Nonnulli  
denique, exprobrato Atheismi crimine, te ex repu-  
blica proscribendum, &, vt immedicable vulnus;  
refecandum existimabunt. Praeclare vero & perbel-  
le! At qua, quaequo, ratione sedabis motus, & qui  
fieri poterit, vt animos tumultuantium mollias? Quid  
tantum illud erit, quod efficiat, vt aduersarii se dent  
ad

ad lenitatem, facti ex iratis tranquilli? Hic, si me patienter audis, sic habedo. Vocem, M E T H O D U S M A T H E M A T I C A , extrude ex scriptis tuis, eamque, si potes, tanquam pestem, ex philosophorum republica euomendam, forasque proiiciendam puta. Nefas praetera & piaculum tibi esto, vel de *methodo mathematica* cogitare, vel alios, de ea loquentes, nulla correctione adhibita, audire. Dic ergo: *eiusmodi ordo in proponendis veritatibus est adhibendus, ut semper firma certaque praemittantur principia, ex iisque, connexione legitima, positiones aliae plures deducantur.* Tum profecto, qui te risit antea, non magis nunc tibi dicet contra, quam refragari poterit ei, qui, aedem exstrui posse, negat, nisi posita ante, altiusque iacta fuerint fundamenta, quibus uniuersa aedificii compages superstruuntur. Dic; *Conclusio nulla potest habere locum sine praemissis.* Dic cum Cicérone: *Omnis rei tractatio, quae suscipitur; debet a definitione ortum capere.* Idem, mutatis verbis, dicens. Sed id consequeris, ut bellum flamma, quam improbae istae ac nefariae voces, M E T H O D U S M A T H E M A T I C A , concitarant, oppido restinguantur. Vide, quam fruile contendatur de verbis.

Lepida hic ad animum occurrit historia, quam, nisi moleste feres, paucis commemorabo. Commemorare vero rectius non potero, quam si ipsa verba, ab amico Academicu ad me perscripta, adduxero. Ita autem ille.

„Sat diu seria tecum communicau. Nunc, ne „me ipso seueriorem Catone iudices, habes, quid, quod „ridebis. Rem narrabo. In animo nuper erat, inge-

ingenii pericitari vires meique facere copiam. Con-,  
scribebam ergo dislertationem; eam; in illustri,  
eruditorum confessu; ex cathedra Defensurus. Me-,  
zibdo, vt hoc addam; *mathematica* usus eram.;  
Ipsum autem scriptum ita inscribebatur: *Media-*,  
*zioni philosophicae de - - - M E T H O D O M A - ,*  
*T H E M A T I C A adoratae.* Vixdum ingenii fo-,,  
tum magno labore & anxie enixus fuerit, cum,,  
eundum, (sic enim fert consuetudo;) censori pre-,,  
pius inspiciendum offerrem. At quid ille? Accipit,,  
scriptionem; &; vix duabus perlectis lineolis; attra-;;  
hit supercilia; corrugat frontem; barbam (erat;;  
enim haec maximum rigidi mei censoris decus;) vel-,,  
lit; tandemque indignabundus; *quae te; malum!*!,  
inquit, *cepit dementia;* vt; *quaes tot iam iuuenes;*  
*pessum dedit;* *peste M E T H O D I M A T H E M A - ,*  
*T H I C A E te infici patiaris!* Facebas & valeat;  
illa iuuenum corupela; nec audiatur in nostris;  
circulis vox illa; Spinoza & quouis Atheo; quam ve-;;  
ro sobrioque verae ac sobriae philosophiae cultore;;  
dignior. Cohortui, fateor. At; collecto paullatim;;  
animo; cobibe; inquam; *doctissime vir;* iram; ne-;;  
que adeo exardestas stomacho. Facillimum erit;;  
mutare voces. Substituam; si placet; M E T H O - ,  
D O D E M O N S T R A T I V A aut S Y S T E M A T I - ,  
C A. Bene! bene! inquit. Quod; ubi dixit; con-;;  
festim omniem animi aestum in ipso deferuisse; sensi.;  
Rilium teneas; amice, & vale!;;

Quorsum haec? Ut intelligas scilicet, *mi Dubitanis;*  
quam perperam recentius contendatur de voce, sen-  
tentias; quaes vocibus sunt subiectae, prorsus coti-  
cessis. Quis nescit; trimethodum systematicam &  
demon-

demonstratiuam idem significare , quod methodus mathematica ? Nihilominus methodum systemati-  
cam & demonstratiuam ferre possunt , mathematicam non possunt . Quae dementia est , si haec sa-  
pientia potest existinari ? Plura eiusmodi indecorae  
vanaeque λογομαχίας specimina adferre nunc pos-  
sem , at , cum multis q̄e distringi negotiis norim , nefas  
puto , addere plura . Si quid interim habes , quod , quae  
dixi , infirmare & destruere queat , id vero quam  
poteris ocyssime ad me perscribas . Gratius , mihi  
crede , facere nihil poteris . Quibus vale , & faue-  
tui amantissimo . Alethopol . c I o I o c c x x x v i i .  
Cal . Febr .

## III.

# A L E T H A E O

## S. P. D.

# D V B I T A N T I V S.

### ARGVMENTVM.

*De Wolfianorum nonnullorum ineptiis agit , & abusum  
methodi mathematicæ perstringit haec epistola . De  
quaefione , num methodus mathematica in Theo-  
logia adhiberi queat ? sermo instituitur .*

**R**edditae mihi sunt litteræ tuae ; sat locupletes tuæ  
in me beniuolentiae testes . Quas quidem quo  
frequentius legi , hoc me iucundius affici , sensi .  
Quæ de Wolfio adfers , eiusmodi omnino sunt , vt  
maxime te illumitem hunc virum eiusque placita fa-  
cere , luculenter ostendant . Neque id tibi valde vi-  
tio verterim . Æquum enim est & pium , eos cole-

re

re & obseruare, qui de re literaria & vniuerso, qua cultior est, orbe bene merentur. In quibus cum vnuus omnium maxime Wolfius numerari mereatur, quidni excellentissimum hunc virum suspiciemus, omnibusque laudum ornamentis condecorandum putabimus? Secus enim si fecerimus, nāe exteri suum illud solenne nobis occident: *Germani bona sua non norunt.* Quamuis ergo Wolfium, incomparabile illud Germaniae decus, ipse tacitus venerer, singulareque eiusdem acumen & merita admirer, non possum tamen, quin in aurem tibi dicam, esse quosdam, qui crimini id vertunt Wolfio, quod sc̄, multa scire, ipse sciat. Sibi suoque acutini tribuere dicunt omnia, aliis vel parum, vel omnino nihil. Quo quidem nimio sui cultu, putarim, eruditionis famam gloriampque, mirum quantum! obscurari. At parco viri honori, qui, vt suis sol maculis idemtide obfuscatur, sic suos quoque manes patitur. Neque fraudi esse potest veritati vitium naeuusque auctoris. Fieri potest, & fit persaepe etiam, vt, qui mentem, a vitorum sorde minus repurgatam, habent, purissimas saluberrimasque proponant doctrinas, vitaeque adeo scientia, factis dicta minus respondeant. Gravius ruunt, turpiusque idemtide peccare videntur nonnulli, qui religioni sibi ducunt, vel latum quidem vnguem a Wolfii doctrinis secedere, idque omne, quod ait Wolfius, aiunt, quod negat idem, negant. Vocant *Wolfianos.* Horum nonnulli, vix credibile est, quam fastidiose, arroganti de se persuasione tumidi, omnia spernant. Qua quidem nimia sui aestimatione, tumoreque, communi fere Wolfianorum malo, non miror, vilecere, suspectamque vi-

deri pluribus Illustris Wolfi philosophiam. **Hoc** philosophantium vulgus, compērimus, omnia, ratione plane explosa; aliorum metiri auctoritate; & cum meditandi veritatēque; altius defossam, erudiendi laborem susterfugiat, fit, vt, quae Wolfius sanxit, opērose mandent memoriae, recitentque ea deinceps; quae memoria comprehendērunt. Quo euenit id; vt, per totum vitae spatiū; in philosophiae versentur aditu; adyta eius nunquāti videant. Ferri hoc poterat, at, quo intumescunt; fastus nullo modo videtur serendus. Alii, (dicam enim aperte,) quantius sibi videntur pretii, cum haerent in verbis & capitūculis, & aut contortulis quibusdam sophismatibus fucum faciunt aliis, aut, quos subtili quodam disceptationum filo texunt, quaestionum laqueis incautiōres irretiunt. Sunt denique, qui, *mathētūdi*, licet *mathematicae* prorsus ignari, *mathematicē* tamen, quicquid, vel cogitant, vel loquuntur, vel scribunt, proferendum putant. Epulantur? *mathematicē* id faciunt. Bibunt? *mathematicē* vitium abliguriunt. Dormiunt? *mathematicē* quietem capiunt. Vxorem ducunt? *mathematicē* amant, *mathematicē* osculantur, *mathematicē* ludunt, *mathematicē* saltant, *mathematicē* ridēnt, *mathematicē* flent, & si dīs placet, *mathematicē* quoque infaniunt. Forte iniuris tibi videbor in egregiam illam; tibique tantopere laudatam methodum mathematicā. Quam vero, noi putare, me vel damnare prorsus, vel ex philosophorum circulis velle proscribi: Rideo potius & detestor ineptos nonnullos & furiosos Wolfii sectatores; qui, male fano omnia in *mathematicē* demonstrandi pruritu, tanquam lue, infē-

infetti, ludibrio omnium se exponunt. In quo quidem si quid peccato excusatus peccare mihi video. Difficile enim est, satyram non scribere in eos, qui se prudentioribus exhibilando propinan. Nihil mouerer, si, quas methodus exposcit mathematica, legibus conuenienter commentarentur? At quid illi? Chartae, quicquid obuenit, illinunt. Definitiones, altius arcessitas, praemittunt, dicta iterum iterumque repetunt, paragraphos antecedentes elegant, membratim omnia discerpunt & exiguae cuiusvis cogitationum portioni peculiare elogium, DEFINITIONIS, AXIOMATIS, THEOREMATIS, praeponunt, hiulco, arido, exsangui dicendi scribendique genere vni. Neque haec mathematice insantendi cupido iis tantum continetur finibus, vt, quicquid philosophiae continetur ambitu, id demonstrare & mathematice proponere audeat, sed, per Theologorum quoque peruagata circulos, ipsas quoque doctrinae diuinioris veritates, sanctissimaque diuini Numinis scita, methodi mathematicae mensura appensuque dimetiri & describere, non erubescit. Quid molitus fuerit nuper admodum infelix ille sacrae scripturae interpres Wertheimensis, quid suscepserint alii, sublimiora Christianae religionis mysteria demonstrare ausi, nisi omnium rerum ignorassimus, ignorat nemo. Vide, quo progrediantur vecordiae male seduli nonnulli ineptique Wolfii sectatores. Sed transeant haec! Ceterum, cum de methodo mathematica proferas quaedam, eaque disputes pererudite, mirum videri tibi non debet, quod nonnulla, quae ancipitem cogitandi curam mihi attulerunt, tecum communicare ausim. Lubens id quidem lar-

gior, eam esse methodi mathematicae indolem, eumque usum, ut praestandissimae quaeque veritates, eius ope, explicari distinctius, solidiusque probari queant, at in omnibus eandem adhibere velle methodum, id temerarium nimis & absconum videtur. Sunt enim nonnulla, quae, cum certi nihil habeant, non nisi veri similia putari debent. In iis vero, quae, quae, ratione adhibebis methodum mathematicam, cum, nemine, nisi omnium rerum ignaro, dissentiente, ea fit methodi huius lex, ut certa minusque dubia praefulciantur principia. Praeterea sunt quae-dam, quae, per se licet facilia, difficultia tamen redundunt & iniuctunda, cum methodi mathematicae quasi cancellis coguntur. Fuit, qui pueris literarum elementa, methodo mathematica, instillare ausus est. Neque nulli deprehensi sunt, qui Grammaticas, quin etiam epistolas hac methodo conscribendas putarunt. Ridicule vero & perabsurde! Ad illustr. Wolfium quod attinet, inficias ire non possum, ipsum cum felicissimo successu fructuque amplissimo scriptis suis philosophicis hanc adhibuisse methodum. Dissimulandum tamen non est, sed prae me ferendum, idem-tidem a viro eruditissimo eiusmodi definitiones & positiones fundamenti loco, substerni, quae, tantum abest, ut roboris quid habeant & firmamenti, ut etiam, in dubio incertoque positae, multis quasi tenebrae sint, minusque explicari possint & defendi. Poteram hoc ut aliis pluribus exemplis, ita vel eo imprimis comprobare, ubi Wolfius, sua demonstratus asser-ta, vel *voluptatis*, vel *perfectionis*, vel *substantiae*, vel *Dei*, definitiones, vel alias praemittit, easdemque, ut certas, ut exploratas, omniisque dignas fide, fibi

sibi vult cōcēdi, cum constet tamen, & ab eruditis sit fatis demonstratum, non certas modo non esse definitiones adductas, sed quoque, vt spuriās, vt vagas & incertas, vt pericolosas, esse reiiciendas. At esto certa, nulloque conuenienda labore, fundamenta doctrinarum esse iacta in systemate Wolfiano, hoc tamen, si ingenue velis mēcum agere, largieris, mihi nonnullas Wolfianas demonstrationes, si legitimae positionum connexionis habeatur ratio, legibus, quas cogitandi sānxit ordo, nimium quantum repugnare. Sunt, quae in orbem redeunt, sunt, in quibus regulae alia ex aliis legitime inferendi migantur. Quod quidem num methodo, qua tantopere gloriatur Wolfius, mathematicae sit consentaneum, ipse, si lubet, iudica. Nihil enim impedio. Meum erat, haec, quae dixi, exemplis communire, ne, quod maleuolorum est, Wolfio affinxisse quid videar. At iam iam, quam decebat, longior fui. Quare proxime, quae dici hic & debebant, & poterant, adferam. Vnicum, quod praeterire nefas est, praetereundum non videtur. Ex quo scilicet philosophia alio habitu & veste nitidiori se exhibuit /conficiendam, factum est, vt nonnulli, sapientiae elati opinione, omnia diuinae reuelationis mysteria mathematice proponenda putarint. De quo iam paullo ante dixi. At qui sciri possunt, & mathematice demonstrari ea, quae credi pie, & tanquam certa, assumi voluit Spiritus sanctus? In Theologia, & in mysteriis maxime, ea euidentia, qua mathematici gaudent, frustra quaeritur. Neque video, qua fronte, quaue ratione Spiritus sancti oracula, vt demonstrandi principia possint praestri. Cui enim poterit esse ob-

scurum, ab aliis alio modo explicari, quae a Spiritu sancto sunt dicta, diuersosque diuersam interpretandi rationem adfert! Ut taceam, hac sacra mathe-matice demonstrandi, cupiditate rationi fere in Theologia tribui omnia, ludibrioque exponi sublimia illa & ialuberrima religionis doctrinae quae Christianae capita. Nihil, quod, non experientia, eaque recentiori, iamdum sit confirmatum, scribo. Paulus accura-tius, amabo, aspicias eorum scripta, qui sacras do-trinas mathematice demonstrasse sibi visi sunt, quid in iis inuenis, quid occurrit tibi, quod placeat bonis possit, quodque communibus eruditorum suffragiis & iudiciis mereatur comprobari? Num noua aut salubriora reponis nostrae fulcra stabiliri in iis firmiusque communis observas? Num, quae sublimia captuque facilissima fuere semper, ita nunc explanari tibi, sensis, ut ratione tua nullo possis ea comprehendere negotio? Num vitae sanctimonia, num scripturae sacrae autoritas, num docentium concordia rectius sibi constat? Non putarim, Quid ergo in facris iua methodo mathematica noui philosophi tentant? quid moliuntur? quid efficiunt? Et qua tandem dote lectoribus probabuntur? Totam, quam adhuc habeam sensi, artem, his contineri, scito. In paragraphis allegandis multi sunt, nouas, nec auditas antea, ex philippia definitiones, in Theologiam inferciunt, quadrata miscent rotundis, novis vtuntur loquendi formulis, & id agunt omnino, ut, dum a veterum modo, prisaque veritates Theologiae proponendi ratione, ingenuaque simplicitate recedunt, multo-rum conturbent animos, & inaequabili rationis aeuclatopis mistura perplexam reddant Theologiam.

giam. Aut fallor ego vehementer, aut optime in  
ipso quadrabit illud Pauli: *οι Φυσικοτες ειναι σοφοις, ειμωρεανθησαν.* Satius erat, veterum premere  
vestigia, & antiquorum Theologorum, nec mathe-  
matice, nec methodo demonstrativa proponentium  
sua, sed pie, sine fuso, pure, dilucide, & neruose de-  
nique reuerenterque de Dei scientia religionisque my-  
steriis commentatiuum scripta nocturna versare ma-  
nu, versare diurna, Simplex est veritas, nuda, recta  
& venusta pureque, omnique fuso & ornatu mathema-  
tico, tanquam veste, detracto, vult proponi.

Quae de logomachiis, in controuersia Wolfiana  
subinde commissis, disputas, ea, velim, latius perse-  
quaris. Dantur, fateor, innumerae logomachiae,  
& dolendum profectio est, eruditos, quorum erat  
regni veritatis fines longius in dies pretendere, de  
lana caprina deque vocibus, quibus nulla est senten-  
cia subiecta, tam acriter tantoque impetu disceptare.  
At cumulare logomachias, omnesque, quae de ve-  
ritatibus maximi momenti agitantur, controuersias  
habere pro logomachiis, id vero est, paci intempe-  
stive studere. Memor eris illius: *Ne quid nimis.*  
Vale hisce, & me, vt facis, ama, *ciccccccccccxxxvii.*  
Calend. Martii.

## IV.

## DVBITANTIO

S. P. D.

## ALETHAEV S.

ARGUMENTVM.

I. *Wolfianorum & Anti-Wolfianorum controuersias  
& mores caute diiudicandas esse monet.* II. *Dubia  
contra*

*contra methodum mathematicam soluit. Argumentum de logomachis in controversia Wolfiana continuatur.*

Poenitebat me fere, cum tuas legerem, quicquam de Wolfio eiusdemque philosophia ad te perscripsisse. Tè enim vehementius commotum vidi, & quod solent nonnulli, in stomacho ipso etiamrides. Quos vocas Wolfianos, multo perluis sale, neque veri nihil dicis omnino. At, nisi bilem mouero, pauca hic monebo.

Est ita: philosophia Wolfiana, mirificis aucta accessionibus, innumeros inuenit cultores, & maiora in dies capit incrementa. Quin etiam, pressa licet, & obstacula vimque passa, nihilominus laetus effloruit, & serpsit, fere, ut ex succisi trunci radicibus rami repullulascere, in altitudinem exire, & in materiam denique frondemque effundi solent. Sunt, qui inde patere, existimant, huius philosophiae veritatem & pretium. Sunt contra, qui inde argumentum pro philosophiae Wolfianae peste & vilitate capiunt. Infelix, inquiunt, lolium, & steriles, in quas saepius foecundissimi exuberant agri, auenae inter ipsa quoque lapidum coagmenta enascuntur, & nullius licet manu fatae, mire tamen serpentunt, operiunt agros, omniaque pessum dant. Ita crevit lateque disseminata est Wolfii philosophia, cuius vero incrementum non magis bonitatis ac praestantiae iudicium esse potest, quam auctus & repentina pestilentissimarum opinionum progressio earundem indicat usum & excellentiam. Non, quod nimium crescit, idem nimium habere boni & dignitatis,

tatis, putandum est. Rectene vero, an perperam ita de philosophiae Wolfianae incrementis iudicent nonnulli, viderint alii. De iis interim Wolfii cultoribus, quos vocas *Wolfianos*, habeto pauca.

Ineptire eorum multos, concedo. Nec dissimulo, plus, quam par erat, plurimos Wolfii sectatores tribuere auctoritati. Do etiam, lubenterque fateor elegantem illam, qua Geometrae, maximo cum fructu, usi semper sunt, methodum praeposte-  
re saepius ac perperam adhiberi. At quid inde? Num ergo omnes, qui Wolfium magni faciunt, qui, in philosophando, Wolfio duce, aut comite potius, utuntur, qui rationem ita adhibent, ut praestantissimas veritates distinctissime exponant, ut positiones, confusius & permiste propositas, distinguant, obscuras illustrent, vagas incertasque definiant, &, suo quamque notionem nomine designatam, in conspectum velut producant, rigoroseque dicta demonstrent, num, inquam, omnes illi ad imitatorum seruum pecus amandari, num derideri falsius, & conuiciis proscindi merentur? Quod paucis verti criminis debet, id caue, tribuas omnibus. Et fac, dari eiusmodi ardeliones, qui, freno rationis velut excusso, liberius vagentur, Wolfique auctoritate & dogmatibus abusi, ridicule & impie agant. Nonne plures, si opus fuerit, opponentur tibi, qui, itidem Wolfiana ratione philosophati, de republica literaria & sacra optime sunt meriti, beneque etiam nunc merentur? Plerosque, qui desinunt in ANOS, aut ISTAS, suspectos mihi esse, fateor. At sunt tamen, & multo abhinc tempore fuerunt multi, qui, Wolfiani licet appellati, rationem tamen ducem ita sunt

funt securi, ut veritates utilissimas ex tenebris protraxerint in lucem; protractas plana, & ad conuincendum apta, ratione explicarint, explicatas solidis firmarint argumentis, firmatas denique ita ad vitae usum legitimamque morum conformationem transstulerint, ut tantum ipsis eruditи videantur debere, quantum ipsis Wolfio eiusque philosophiae debent. Actum agerem, si pluribus tibi & verbosius demonstrare vellem, pleraque & grauissima omnium fere ciuitatum munera & dignitates conferri iis, qui subactum excultumque iudicium ex amoenissimo philosophiae Wolfianae horto retulerunt.

Sed insaniant, per me licet, Wolfiani, habeantur homines stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones, (liceat cum Plauto loqui) sine sensu, sine sapore. Neque id Wolfii derogat famae, neque fraudesse potest philosophiae Wolfianae. Actum esset de religione Christiana, si ita subducere rationes fas esset: *Innumeris dantur, qui, licet se religioni Christianae profiteantur addictos, nibilominus, conseleratissima mente, quicquid collubatum fuerit, suscipiunt. Ergo religionis Christianae veritas vocari in dubium meretur.* Iuuat hic in medium adferre FROBESII, eruditissimi profecto & profundi philosophi, verba. „Sunt, fateor, inquit, non pauci, iidemque „haud incelebres viri, qui de coeco philosophulo- „rum, aut sophistarum potius, & paedaneorum „Wolfianorum, hoc est, Wolfii discipulorum atque „sectatorum quorundam, male feriatorum in doctrina- „nas Leibnitio-Wolfianas amore vel studio, &, quae „inde pronascuntur, arrogantia, impudentique ri- „xandi, aliosque, Leibnitianorum ac Wolfianorum „sapi-

sapientum principiis philosophandique rationibus,,  
vel aduersos, vel minus saltēm addictos, quasi sti-,,  
pites atque stupidos homines fugillandi libidine,,  
grauiter & iuste conqueruntur. Sed iniqui tamen re-,,  
rum aëtimatores sunt, qui male feriatorum istius-,,  
modi hominum vitia institutis Wolfianis accepta-,,  
referunt. Hominum etenim, hoc est, prauae in-,,  
dolis, educationis, animi impotentiae & consuetu-,,  
dinis ista vitia sunt, non doctrinarum, noī praecē-,,  
ptoris.“ Haec F R O B E S I V S . \* Suo abundant sensu  
nonnunquam Wolfiani, suo etiam, vt fit, abundant  
identidem Anti-Wolfiani. Vtrinque peccatur; pec-  
catur extra, peccatur intra muros Iliacos. Rationem  
sequor, & vbi vera dicit Wolfius, ipsi assentior, vbi  
hallucinatur idem &, incurrit, secessionem ab ipso  
facit.

Vt tamen mores agendique rationem, Wolfianis  
iuxta, ac Anti-Wolfianis familiarem persæpe, intel-  
ligas rectius, non alienum erit hoc loco, epistolam  
subnectere, qua Callion, communis noster amicus,  
commemorauit mihi ea, quae nuper demum dor-  
miens in somniis videre animo visus est. Ioceturne,  
an serio agat, nescio. Ita autem ille.

Inclinata iam in vesperam dies erat, cum nu-,,  
per admidum inciderem in librum quēridam; in,,  
recentioris philosophiae placitis, sub incūdem reuo-,,  
candis, occupatum. In quo legendo vt maximā,,  
noctis partem consumferam, meditando fessus; in-,,  
cumbebam libro, vt solent fere, quia lassitudinē cu-,,  
piunt requiescere. Mox arctissimus me complecte-,,  
batur somnus, mihiique, meis indormienti libris ob-,,  
uerfa-

\* Conf. Declinatio systematis Metaphys. p. 9.

„uersabatur species & imago viri, facie perliberali &  
 „modesta, ruboris plena, multoque sanguine perfusa.  
 „In oculis ingenius quidam micabat vigor, in fronte  
 „veneranda eminebat grauitas & candor, & iis plane  
 „erat oris habitus, vt subridentis speciem praebere  
 „videretur. Hic ego, et si eram perterritus, qua-  
 „siui tamen, homone esset, an Deus aliquis, aut ge-  
 „nius. Immo vero, inquit, homo sum, & philoso-  
 „phus. Quin tu me aspicias attentius, &, quis,  
 „aut vnde sim. cognoscas. Quem vt proprius intu-  
 „itus sum, mihi se W. - - -, reperi, illa ostendere  
 „forma, quae mihi ex imagine eius suis praefixa libris,  
 „dudum fuit notissima. Mirari ego, & subtimere.  
 „Sed ille, noli, inquit, mirari, metumque pelle,  
 „amice, &, quo te ducam, sequere. Tum me, ma-  
 „nu prehensum, deducebat usque ad templum quod-  
 „dam, quod non humanis manibus, sed diuino pror-  
 „sus artificio exstructum videbatur. Adhuc, extra por-  
 „tam limenque constituti, in primo aditu vestibulo-  
 „que haerebamus, cum sequentia verba ianuae aureis  
 „litteris inscripta, legerem:

### ΑΛΟΓΟΣ ΜΗ ΕΙΣΙΤΩ.

„i. e. nemo, nisi qui rationem habuerit excultam,  
 „nemo, nisi qui eandem, tanquam ducem & magi-  
 „stram, secutus fuerit, haec ingrediatur. Vbi porta  
 „quae, pessulo foribus obdito, occlusa erat, aperieba-  
 „tur, ingrediebar & intromissus venerabundus adsta-  
 „bam, vetustissimasque antiquorum philosophorum  
 „imagines, vndique suspenfas, venerabili quadam  
 „praesentia horrorem, cum religione mixtum, oculis  
 „animoque inferre, persentiscebam. Pauimenta lapide  
 „pre-

pretioso, caesum diminuto, in varia picturae genera distinguebantur, & longius paullo progressus, non, nisi gemmas & monilia, pedibus substrata, calcare mihi nidebar. Superbissimi ad hoc fornices, mira inter se arte coëntes, totam molem sustinebant. Marmoreae vbiique tabulae, & parietes, omnes purissimo fulgebant auro. In media tenui parte magnificentum, & plus, quam regium eminebat solium, cuius splendor, & elegantissima strutura, caelato argento, & ebore, artificiose cauato, insignis insolito me stupore defixum tenebat. Insidebat throno persona habitu semineo, & regali, prorsus cultu atque ornatu. Purpurea erat induita veste; distinctaque stellis aureis chlamyde. Quae frontis maiestas? Quam honestus ex pudore rubor? Quae genarum modestia? Quae oris venustas? Quam suavis & decorus ex continentia pallor? Ut accessebam propius, vigoremque in vultu, ac vim in oculis, totumque linearum ductum, penitus intueri cooperam, agnoscebam demum feminam, RATIONEMque esse deprehendebam. Illa, porrecta dextra, W - - proxime accedere, meque pone stare iussit. Hinc complexa est W - - m, aliquandoque post suspexit in coelum, & grates, inquit, tibi ago, mihi W - -, quod me, iacentem, bumi, & squallore situque obstatam, erigere, tuaque pertinaci & improba diligentia meam mibi pristinam dignitatem pristinumque decus restituere, per benigne volucris. Nonne Scholastici, nonne Cartesiani, nonne alii, seruitute philosophandi turpiter detenti, grauius sub iugo ingemiscabant? Nonne, quicquid apud ipsos lucis internitebat, effusa caligine

„ne extinguebatur? Nonne ipsi, tanquam si offusa  
 „reipublicae temploque meo sempiterna nox esset,  
 „ita rubeant in tenebris; omniaque miscebant? Per  
 „te splendor, quo exirescas, redditus mibi est, tuoque  
 „ministerio hanc meam sedem; cuius nitor & ma-  
 „gnificentia praespringit; credo; oculos tuos, vin-  
 „dicatam mibi video. Tibi denique debo, quod  
 „magnificum hoc meum templum; non pulcherrime  
 „modo laqueatum auro, sed parietibus totis lamina  
 „inauratum; inhabitem; totumque teneam. Haec  
 „fata RATIO, conticuit. Quae cum audirem  
 „stupens, vt me recepi; quid? hic, inquam, quis est,  
 „qui complet aures meas tantus; tamque incondi-  
 „tus, tam turbidus, tam denique barbaro v lulatu per-  
 „mixtus, clamor? Ingens enim strepitus ante por-  
 „tam, ex vestibuli cauea, oriebatur; & nescio qui,  
 „clamatores odiosissimi ac molesti; truci dissonoque can-  
 „tu; clamoribusque variis horrendo cuncta comple-  
 „uerant sono. Visurus, quid huius rei esset, raptus  
 „mihi videbar extra templum; ubi confertissimos  
 „duos exercitus, in aciem eductos, videbam. Quorum  
 „alter alterum cum ad conferenda propius castra di-  
 „micandumque acie exciuisset; pugna iam ad manus,  
 „iam ad gladios, ubi Mars est atrocissimus & anceps,  
 „venerat. Quia vero tumultario magis praelio ac  
 „procursu militum; quam ex praeparato, aut iussu im-  
 „peratorum tota haec coorta erat concertatio, milites  
 „sine ordinis effusis, & incomposito plane agmine, in-  
 „festis armis infestissimisque animis concurrebant.  
 „Ego interim erectus suspensusque in minime gra-  
 „tum spectaculum animo intendebar, praestolatus  
 „tani perturbatae, tamque sanguinolentae pugnae  
 „euem-

euentum. Vbi vero, neutri inclinata victoriae,,  
spe, agitationem telorum, armorumque ancipitem,,  
esse, obseruabam, sciendi me incessit cupidus, qui,,  
nam essent, qui tanto impetu consererent manus,,  
& quid illud tandem foret, quod pugnantium ani-,,  
mos adeo exacerbasset. Inter haec sub aspectum,,  
veniebat distortissimi vultus, & pannis annisque, ut,,  
ait ille, obsita mulier.

*Torta comas, & rufa genas, & turgida vultum,  
Pectore lata, iacentis mammis, compressior aluo,  
Crura tumens, femora exilis, pede prodiga,  
quinq[ue]  
Continuis rimis calcanea fissus biabat.*

Hem! quanta illi palloris, insaniam furorem-  
que testantis, in toto vultu erat foeditas! quanta ocul-  
orum, sub fronte anili latentium, toruitas! Quam  
obsessa setis ceruix? quam turpiter pendentes malae!  
Nomen propudosae huic & maculosae feminae erat  
**A V C T O R I T A S**, quae, imperiosa satis, & immani-  
tate efferata, plurimos ex exercitu illo numerosissimo  
laqueis irretitos, quo volebat, trahebat, & tantum  
non omnes ipsam, ritu pecorum, antecedentem gre-  
gem sequentium, insequebantur. Vexillum ante  
ipsam ferebatur, cui, si recte memini, inscripta lege-  
bam verba; **N O S S V M V S W - - - A N I**. Quibus  
subscripta inueniebam haec:

### A T T O Σ Ε Φ Α.

Concitatori gradu ad **R A T I O N I S** templum  
totam hanc turbam videbam prouolare, idque agere,  
ut impetu vique in templi adita perrumperent. At

X

*Ratio,*

*Ratio*, paucos tanto honore dignos arbitrata, feligebat vix ex millibus decem, quos intromitteret. Ceteri repulsi repudiatique discedebant, &, vt *auctoritatis*, Rationi inimicissimae, signa desererent, monebantur. His itaque ex templo exclusis dispulsiisque, mox altera cohors, aestu animi & furore incitata, irruerat. LOGOMACHIA ordines ducebant, totique praeerat exercitu. Militaria, quae ferebantur ante, signa his insignita verbis memini: NOS SVMVS ANTI - W - - - ANI. Et paullo inferius: NOS DISCEPTAMVS DE VERBIS. At, cum itidem impetu magis, quam consilio, rem gererent, rationis iussu, ab templi ingressu arcebantur. Pauci, qui pugnarant caute, modeste, nec conuiciis & probrosis maledictis rem confiendam putabant, humanius excipiebantur, librariusque a *Ratione* habiti, lauru & praemiis ornabantur. „Qui reiecti erant, de integro praelium inibant, „&, ancipiti distracti contentione, foedissime crudi, delissimeque in se inuicem saeuiebant, ita vt oculos animumque a spectaculi deformitate auertendum putarem. Sequebantur hos alii, qui non tam in pace de bello, quam in bello de pace cogitabant, omnes, intempestive coortas, dissensiones amice composituri. Vocabant IRENICOS. Hos, quia *Rationis* nutui arbitrioque suiiciebant omnia, eius facturi imperata, videbam laetissimos ingredi in splendidum illud & prae fulgidum, quod dixi, templum, & comiter excipi haberique a *Ratione*. Tesserat, qua internoscabantur a ceteris, haec erat:

ΔΟΚΙΜΑΖΕΤΕ ΠΑΝΤΑ.

Gauß

Gauisus ego impense, & gratulatus his *Ireni-*  
*cis* tantam felicitatem, videbar mihi versarii in coe-  
 lo & felicissime agere: At deerat huic meae felici-  
 tati perpetuitas. Subito enim expergefactus, (for-  
 te quod importuna vociferatione & tumultu ho-  
 stium congregientium turbatus fueram,) me, inani-  
 delusum somnio nubem captasse pro Iunone, sen-  
 tiebam. Per amplam interim varia cogitandi occa-  
 sionem attulit mihi hoc somnium, de quo tute tuo ip-  
 se vtere iudicio. Vale.,,

At quid somnia, quorum plurima fallaces &  
 mendaces nobis species offerunt, tantopere cura-  
 mus? Quid de personarum vitiis summus solliciti, re  
 interim ipsa, de qua instituitur quaestio, neglecta?  
 Tria sunt, quae mones contra methodum mathemati-  
 cam. Primum, omnia in philosophia posse mathe-  
 maticice demonstrari, negas. Recte vero & perbene!  
 sunt enim plurima, in physica maxime, quorum ra-  
 tiones causaeque ita eruditissimum quemque latent,  
 vt nullo labore hucdum potuerint peruestigari. Ne-  
 que vel Wolfius, vel alias quicunque id sibi sumit,  
 vt omnia demonstrare audeat, aut, demonstrata ma-  
 thematicice esse, existimet. Interim tamen non vi-  
 deo, qua tandem ratione culpari illi possint, qui me-  
 ditando multisque vigiliis id agunt, vt parum sit in  
 philosophia, quod ad ea, quae incomperta sunt, in-  
 certa nec tum satis exploratu, referri mereatur.  
 Neque intelligo prorsus, in quam reprehensionem  
 poitint incurrire ii, quotquot pro viribus impedire  
 allaborant, quo minus animi huc atque illuc flu-  
 X 2

antes

antes agitentur. Plurimae, ne dicam, omnes, quae in philosophia morum continentur, positiones sunt certae, iis quippe fundamentis nixaæ, quibus sua constat stabilitas & firmamentum. Qui itaque vitio verti poterit philosophis nonnullis, si omnes, quos adhibent, terminos legitime *definiunt*, si positiones, quas afferunt, *demonstrant*, si ita denique omnia, quæ commentantur, *connectunt*, ut quae faciliora sunt intellectu, praemittant, postpositis iis, quæ sunt difficiliora? Num in hoc veritates proponendi ordine, dic, sodes, habes quid, quod desideres? Non habeo, inquietus. Num rationi, rectisque recte cogitandi legibus aduersum putas, præmissas præstruere, & ex iis deducere conclusiones? Non puto, aīs. En! quam bellè sententiam tibi dixeris! Vide, quantopere, vel imprudens etiam & inscius, approbes methodum mathemeticam. Haec enim, quae adduxi, & quorum vnum quodquæ membrum concedis ultro, haec inquam, constituunt id, quod *methodum mathematicam* appellamus. Si, aliam tibi mente informas notionem methodi mathematicae, nae valde tibi ipse imponis.

Alterum, cuius meministi, pertinet ad Wollfium. Hunc, aīs, methodum mathematicam infelicius, quam credi fere possit, adhibuisse. Labefactari enim facile posse suarum doctrinarum fundamenta, affirmas, quibus vero coquulsi, non posse fieri, quin eodem labefactata motu, tota corruat compages philosophica. Nē quid cōmentus videaris, adfers nonnullas definitiones, tē quidem iudice, falsas prorsus, subdebiles certe & multis exemplis oppositis infringendas. Velle, vberius demonstrasles addu-

adductarum definitionum vitium & falsitatem. No-  
ui equidem, quam acres concitarint iras cum D E I,  
tum, *perfectionis*, definitio. At vitio mihi haud  
vertes, si, & hic de verbis disceptatum fuisse, affir-  
mabo. Fac, definitionem, qua perfectio per con-  
sensum variorum in uno explicatur, esse falsam prorsus,  
& explodendam. Dic ergo, mi *Dubitantie*,  
qua tu ratione id, quod dicimus *perfectionem*, essemus  
expositurus. Perfectio, inquires cum nonnullis  
Wolfii aduersariis, est sufficientia ad finem tuin. Re-  
vera! Vide, quam consentias cum Wolfio. Suffi-  
cientia enim ad finem tum demum adesse existimatur,  
si omnia in re quapiam ita inter se consentiunt, ut ad  
finem aliquem & commune bonum, quod a Wolfio  
V N V M vocatur, tendant. Citius quid tibi repre-  
sentabis, quam sufficientiam ad finem, sine consen-  
su variorum ad unum aliquod & commune bonum  
obtinendum. En! logomachiam! Idem dicunt  
Wolfii aduersarii, at aliis verbis. Quod pari ratione  
ex definitione D E I, tantopere impugnata, lucidissime  
patescit. In eo est Wolfius, ut notas quasdam,  
quibus Deus ab omnibus omnino aliis rebus in omni  
casu & tempore internosci potest, alleget. Dicit  
ergo: Deus est substantia, quae continet rationem  
sufficientem in se, cur hic mundus ad existentiam  
perductus sit, & actu existat. Rident aduersarii hanc  
definitionem, & grauius culpant. At rideo ipse,  
cum rideri video definitionem, quam nullus aduer-  
sarius improbavit vñquam, aut improbare potest.  
Putasne, me sufficientes, ad Deum, ab omnibus aliis  
rebus dignoscendum, notas allegasse, si Deum ens  
dixero, quod hunc mundum creauit? Aut in qua re-

peccare me existimas, si Deum caussam huius mundi efficientem & creatorem appellauerero? Ecquit vero aliud est, rationem in se continere sufficientem, cur hic mundus existat, quam caussam esse efficientem huius mundi? Ecquid aliud est, quam hunc mundum produxisse eiusdemque esse creatorem & effec-torem? En disceptationem de verbis! Esto, in-quies, conciliari posse ita Wolfium cum aliis phi-losophis. Minus tamen ferri poterit illud, ubi, D E U M eiusmodi ens esse, ait, quod omnia possibilia actu unico & simul distinctissime sibi repre-sentantur. Definitionem ergo hanc esse legitimam, negas, mi-Dubitantie? Nego, inquies. Aut ergo his, quos de Deo enumerat Wolfius, characteribus Deus potest ab omnibus aliis rebus in omni casu, statu, & tempo-re discerni, aut non potest. Si potest, definitio erit legitima, cum ex Logica constet, illud bonam effe-ctere definitionem, si notas recenseat, quae ad rem definitam ab omnibus aliis rebus ubique & in omni casu dignoscendam sufficient. Si non potest, conse-quens est, ut detur quid extra Deum, quod harum notarum capax sit, quodque adeo, licet non sit Deus, omnia possibilia unico actu & simul distinctissime sibi repre-sententur. Dic ergo ubinam gentium re-peritur illud? Quae tandem res, diuinitus condita, tantis intelligendi viribus est instructa, ut omnia possibilia, unico actu & simul, distinctissime possit cognoscere? Quamdiu ergo nihil est, quod his gaudeat notis, tamdiu soli Deo tribuendas esse, recte putabimus. Quid itaque est, mi Dubitantie, quod in hac definitione desideres? Num concedis, Deum Omnia, quae actu sunt, quaeque reuera fiunt, ex-  
acte

acte nosse? Quidni concederem, inquies, est enim Deus omniscius? Bene. Num concedis, ( iusto enim tibi, & yrgeo,) Deum non nosse modo ea, quae reuera fiunt, quaeque sunt praesentia, sed futura quoque, quae nondum adfiunt, nosse? Concedo. Num concedis, futura, quae nondum sunt, fieri tamen & existere possunt, ad ea, me mere sunt possibilia, pertinere? Concedo. Num ergo ais, Deum possibilia sibi repraesentare? Aio. Num, omnia possibilia Deum nosse, siue sibi repraesentare, credis? Quidni, inquies? Deus enim est omniscius, nihilque ipsius scientiam fugere potest. Num quicquid Deus nouit, ita nosse eum, existimas, vt alia ex aliis inferat, vt, procedente tempore, cognitionem ex cognitione adipiscatur. Absit, inquies, & iterum absit. Id enim esset, Deo tribuere imperfectiones. Num ergo actu vnico & simul, quicquid Deus nouit, nosse eum autumas? Automo, Num denique confusionis quid, aut obscuritatis & caliginis in Dei intellectu habere posse locum, arbitraris? Non arbitror, inquies. Sic destitueretur intellectu perfectissimo. Videsne igitur, te, vel iniuitum etiam, concedere, D E V M, omnia possibilia vnico actu & simul distinctissime sibi repraesentare? Intelligisne, Dcum reete dici posse, & debere etiam eiusmodi ens, quod omnia possibilia vnico actu & simul distinctissime sibi repraesentat. Idem dicunt omnes saniores Theologi, cum Deum omniscium esse, pertendunt, idem asserunt, cum a Socinianorum quaeftiunculis praefcientiam Dei contingentium vindicant. Nihilominus, cum idem aliis enunciatur verbis, eorum plurimos videoas inexpiable concitare bel-

lum, & pestiferae discordiae semina vbiique spargere. Tota haec dissensionis flamma, non, nisi ex male intellectis verbis, oriunda, vel ynico flatu dissipari & extingui poterat.

Suppudeat ergo te tuae leuitatis, *mi Dubitante;* qui verbis, tanquam visco, inhaerens, ex tranquilli sedatiique animi statu in turbulentum detrudi te passus es, cuiusque felicitatem ac gaudium persaepe huicdum tam inanes dissontantias dissipasse, disturbasse, prorsusque sustulisse, obseruaui. Sapientis non est, domesticam quietem seditionum agitare fluctibus, & ob voces inanemque sonum, turbas ac tumultus concitare. Veri nominis bonaeque mentis philosophus non tam de bello in pace, quam de pace in bello cogitat. Restat, vt ea quoque attingam, quae de quaestione, ap methodus mathematica in Theologia possit adhiberi? disputas. Si, *methodo mathematica demonstrare quid,* idem est, ac ex rationis lumine probare, tum me, fateor, assentiri illis non posse, qui, sacra methodo mathematica pertractanda, aiunt, Corruget profecto sacrarum litterarum, auct. ritas, multumque religio Christiana amitteret dignitatis, si, quas continet illa, traditque doctrinas, ratione duce, nosse & explicare possemus. Fruole ergo & praepostere agunt, qui, quod credi, non sciri, voluit Spiritus sanctus, id ita capere mentem humanam, nulla licet diuiniore lumine collustratam, existimant, vt rationes interiores causaeque reddi possint & indagari. Absit a nobis haec temeritas, nec audiatur inter Christi cultores tanta, tamque proiecta, audacia!

Si

Si vero id est, sacra *mathematicae* demonstrare, cum termini, huicdum in theologia usurpari soliti, *distinctius explicantur*, caueturque adeo, ne quid dicatur ambigue, cum positiones item firmis & validis *communiuntur rationibus*, Spiritusque sancti oracula legitime adhibentur, cum denique ita *concentrantur* omnia, ut faciliora praefulciantur, ex iisque, quae sunt difficiliora, justo ordine deducantur, tum nihil obstare video, quo minus doctrinae diuinioris capita *mathematicae* proponi, & possint, & debeant. Ipse, opinor, non diffiteris, in nonnulla veterum Theologorum systemata irrepsisse terminos, quibus si verum fatendum, nulla sententia est subiecta. Nominimus enim, quam multa ex philosophia scholastica immigrauerint in Theologiam, quae doctrinam plurimi, superioribus temporibus, ita, ut memoriae tradiderant, recitarunt suis, parum de verborum sensu, terminorumque vi ac potestate solicieti. Quotus ergo quisque est, qui vitio vertere cui possit, si rectius non nullos definire terminos audeat, & ambiguitatem, de qua oties tot conquesti sunt Theologi, ex Theologia probribendam ducat. Satiusne est & utilius, hominibus earum rerum, quae ad salutem, eamque aeternam, spectant, distinctos ingenerare conceptus, quam recitare illis multa, quae nec ipsis docentes quidem saepius intelligunt?

Quod positiones plurimae, (addendum enim & id est) in veterum systematibus nonnullis, debilius saepe, quam par erat, fuerint probatae, id ita est in promtu, ut nulla egeat disputatione. Accumulantur iubinde, ad stabiliendam thesin quampliam, Scripturæ sacra dicta, bona illa quidem, & succi ple-

na, at ad id, quod probare ac firmare debebant, minus accommodata. Quo fit, vt Christianae religionis aduersariis, maxime iis, qui sunt natis emunctioris, deridendos nos praebeamus. Hospes non es in sacrarum rerum scientia. Actum ergo agerem, si id multis comprobare vellem exemplis. Tantum ergo abeat, vt culpari illi & damnari debeant, qui debilibus, languidis, parumque habentius roboris, probationibus sufficiunt validiores, & ad labefactandos conuelledosque religionis hostes aptiores, vt laudari etiam debeant, & ad doctrinas sanctiores maioriibus in dies praesidiis sepiendas, perfugiaque improborum, & ad fraudem acutorum, obstruenda incitari. Nunquam ciuitas aut arx quaedam contra hostium impetum communiri satis, nunquam satis vallari & munitamentis praecingi potest. Nihil enim fieri potest tam clausum, quin callidoribus patet exitus, nihilque tam septum vindique, tamque tutum existimari debet, quin nonnullis elabendi rimae supersint. Quid ergo criminis dabitur tibi, si solide scita Dei firmare fueris annisus? Nec intelligo denique, ubi peccetur, cum in Theologia is obseruatur ordo, qui naturae est maxime consentaneus, vt scilicet faciliora praemittantur, haecque excipient ea, quae plusculum habent difficultatis. Quae omnia cum consti-  
tuant id, quod appellatur methodus mathematica, mirum videri poterat, cur haec methodus, quae non nisi distinctiorem terminorum explicationem, solidiorem positionum demonstrationem, aptioremque sententiarum nexum poscit, tantopere in sacris explodatur a nonnullis, & vt maxime impia, periculique plena, reiiciatur. Faceant vero, & suas sibi res

res habeant, qui, Scripturae sacrae placita rationis ex lumine patere, aiunt, qui ea pro commentis habent, qui illudunt illis, nec digna adeo putant, que legantur diligentiusque animo voluantur. Hos, mathematice demonstrari poterat, pertinere ad eos, qui, inconsulto pereundi perdendique omnia lubidine perciti, furere apud sanos & quasi inter sobrios bacchari violenti videntur. Haec de methodo mathematica!

Miror interim magnopere, eruditos adeo de methodo contendere, &, quaenam in Theologia sit adhibenda methodus, tam anxie disquirere. Ridiculus ne fores, & nauiter inuenustus, si, in conuiuum, lautius & oppipare apparatum, adhibitus, moestus sederes plenusque irae ac fastidii, idque ob uulnus aliam causam, quam, quod esculenta & poculenta alio apponi ordine, obseruares, quam quo apponere quotidie consueisti? Quid refert, quo quisque ordine ac serie dapes adferendas curet, modo escae & potionis sint ad epulandum exquisitissimae, modo non pridiana saepe ac semesa opsonia apponantur, modo dulcibus cibis acres acutique, ad firmandum reficiendumque corpus, misceantur.

Addere visum est nonnulla de logomachijs in controuersia Wolfiana, quae vero vereor, ut punctum ferant. Nosti, quid recentius disputatum sit de *nexus rerum*, de *mundo optimo*, de *principio rationis*, *sufficientis*, de *monadibus* &c. At non nosti fortasse, quam multae, quamque ridiculae logomachiae in has eruditorum contentiones irrepserint. Operae ergo pretium facturus mihi videor, si, quas proxime datu-

daturus sum, literis nonnulla, huc pertinentia, inseram. Velle nunc plura, at ohe! iam satis est verborum! Vale ergo & mihi faue, c*I**o**i**c* *c**x**x**vii*. Mense Aprili, Alethopoli.

V.

A L E T H A E O  
S. P. D.  
D V B I T A N T I V S.  
A R G U M E N T U M,

*Haec epistola nonnulla profert, quae demonstrandi & definiendi naevos in systemate Wolfiano ostendunt, rogarusque Aletbaeus, plura de logomachis in controversia Wolfiana adferre.*

**M**ichi vero perplacuerunt, quas dedisti, literae. In quibus quamuis me oblique pungere videaris, multum tamen tibi debeo, quod nodos, quos nexueram, faciliter quadam & apta ratione soluere volueris. Nihil, fateor, nunc habebo, quod contra methodum mathematicam moneam, praesertim si ita omnia explicantur, ut abs te video exposita. Methodo, credo, tribuitur saepius, quod male sanis nonnullis & ineptis philosophulis erat tribuendum.

Ne tamen, ybi, Wolfium contra definiendi ac demonstrandi regulas idemidem peccare, affirmabam, commentus quid videar, alterum alterumue exemplum proferendum puto. Perbene nosti, definitionem, quae in orbem reddit, siue, quem vocant, circulum in definiendo, ut ab omnibus aliis philosophis,

phis, ita a Wolfio quoque, recte reiici. Nihilo fecius Wolfius hoc admisit vitium. Quod eo magis mirum, quo tenatus bonae methodi leges obseruare vult videri. ALIQVID, e. gr. Wolfius in Ontologia ita definit, est id, cui aliqua notio respondit. NOTIO autem est, cum ALIQVID nobis mente repraesentamus. Vide, quam nihil dicat!

Neque nihil omnino est, quod in argumenti, a Wolfio pro Dei existentia allati, labore desiderari possit. Gloriatur Wolfius, gloriantur eius amici, mirum quantum! hoc arguento, eodemque, ut oppidum cingi vallo, omnesque arcis aditus maximis defixis trabibus praesepiri soleant, sic, doctrinam de Dei existentia contra impudentem Atheorum turram communitam esse, pertendunt. At conuelli facile & subrui huius argumenti fulcrum poterunt, nisi firmius defigantur & corroborentur. Ita enim Wolfius: (1) *Hic mundus existit.* (2) *Hic mundus est contingens, & potest etiam non existere.* (3) *Ergo debet ratio adesse sufficiens, cur existat potius, quam non existat.* (4) *Illa ratio sufficiens aut est in ipso mundo, aut est in aliquo ente extra mundum.* Hactenus bene. (5) *In mundo contineri ratio non potest, cur existat potius, quam non existat.* Alias mundas esset ens necessarium. (6) *Ergo ratio sufficiens, cur mundus existat, debet in aliquo ente contineri extra mundum.* (7) *Illud itaque ens aut est rursus ens contingens, aut ens necessarium.* Contingens esse non potest, quia rursus habere rationem suae existentiae extra se, atque adeo in infinitum esset progrediendum. Progressus vero in infinitum

tum locum babere non potest, quia sic aliquid force sine ratione sufficiens est, qua posita, sibi potest quiescere cur aliqua res sit, vel potius non sit. Atque adeo Wolfiani hanc positionem: *Progressus in infinitum non potest locum babere*: ex eo probant, quia debet aliquid sibi quae-*sto*, cur res aliqua sit, i. e. quia non possumus in infinitum progredi. Nonne vero est hoc, idem probare per idem? Num hoc rigor methodi mathematicae potest admittere? Num tam debile fulcrum argumenti contra atheos debebat substerni? Vides, mi Alethaee, me hoc monere ideo, ut intelligatur, nondum methodi mathematicae cultores ad eam mentis perspicaciam & soliditatem esse euctos, ut ab omnierandi periculo immunes se putare queant.

Pergratum interim mihi feceris, si, uti promisi-  
sti, ea, quae de logomachiis disputare occoepisti,  
continuaueris. Curabo ego, ut omni officio tibi  
satisfaciamp, tuisque rationibus, sine vlla, vel tempo-  
ris, vel loci, vel occupationis, exceptione, consu-  
lam. Vale. cIocXXXVII. Menie Maio,  
Sceptopoli.

## VI.

## DUBITANTIO

S. P. D.

## ALETHAEV S.

ARGVMENTVM.

*Respondetur ad dubia proposita brevissime. Continu-  
atur doctrina de logomachiis, & exemplis con-  
plu-*

*pluribus demonstratur logomathiarum in controverbia Wolfiana vanitas.*

**R**ecete accepi, quas ad me perscripsisti, literas per breues illas quidem & concisas, at plenas humilitatis. Neque non attendi debent illa, quae contra Wolfium, de recta, ut videtur, via lapsus, legesque, cum definiendi, tum demonstrandi, migrantem, monuisti. Ego vero, cum neminem esse sciam, qui non offendat aliquando, qui nusquam incurrat, ferre facile possum, leues quosdam, contra Logicam commissos, lapsus Wolfio imputari. At quod ideo Wolfius omnia religionis fundamenta conuellere, existimandus sit, id vero nullo modo ferendum esse, puto. Vix tanti duco, haec, quae adduxisti, dubia nunc discutere vberius. Quin potius ad Ontologiam & Cosmologiam te ablegatum volo. Vbi si, vti sententiae & positiones sint connexae, rite perspexeris, facile intelliges, nec circulum in definiendo, nec in demonstrando *petitionem*, quam vocant, principii, Wolfium commisisse.

Id nunc agam, ut, quas, me tecum communicaturum, recepi, logomachias percenseam. Facile, si vacaret per omnes philosophiae partes, posset communstrari, in quam impeditas vanasque logomachias inciderint, qui contra Wolfium tanto animorum certamine disputatione. At pauca tantum, eaque, quae nunc occurrunt ad animum, sum adlaturus.

Definitionem *philosophiae* Wolfianam, nosti, quam vehementer impugnarint nonnulli Wolfii aduersarii. Ita enim Wolfius: *Philosophia est scientia possibi-*

*possibilium, cur & quomodo sint possibilia.* Quam quidem Wolfianam definitionem cum vix aduersariorum vnuis aut alter intelligere, vel potuerit vel, quod proprius est fidem, noluerit, non adeo miror, tam acriter de vano verborum sono fuisse disputatum. Ipse, inquies, ego hanc definitionem semper improbavi. Improbè, nihil impedio, rideas illam, & omni modo de mundo tollas. At dic, quæsio, quam tu substitues definitionem? Ego, inquies, illam Ciceronis commendo omnibus, ubi, *philosophia*, ait, est scientia rerum diuinarum & humānarum, & caussarum, quibus hae continentur. Praeclare vero, mi *Dubitantie*, & optime! Num res diuinæ & humanae, quas tua mihi narrat definitio, existere putas? Existunt omnino, aies. Num, quae existunt, existere etiam posse, arbitraris. Quidni, respondebis? *Ab esse enim ad posse valet consequentia?* Num, quod existere potest, illud possibile esse, credis? Credo & hoc, inquies, & omni asseveratione affirmo. Ergo, si scientia gaudes rerum diuinarum & humānarum, nonne gaudes scientia possibiliū? Ergo si dicas: philosophia est scientia possibilium, cur & quomodo Possibilia, nihil aliud dicas, quam quod tuus dixit Cicero: Philosophia est scientia rerum diuinarum & humānarum, & caussarum, quibus hae continentur. Videsne aper-te logomachiam, cuius optimum quemque suppudere debebat? Sat luculentæ & graues luppétunt rationes, quae me commouere poterant, vt controuerrias Metaphysicas tacendo praeterirem. Cum vero sint eae eiusmodi, vt plurimas admixtas habeant

ant logomachias, vnico saltem alteroue edocebo exemplo, quam ineptierint persaepe eruditii, cum in aciem certamenque ingressi, plus attulerunt acerbitas & vehementiae, quam consilii & moderacionis. Constat, quam vehementer de *principio rationis sufficientis* lis fuerit agitata, quamque acriter de eodem disceptarint plurimi. At haud obscurum cuiquam esse potest, hic, si vñquam alias, eruditos λογομαχεῖν confusse. Neminem enim ex veteribus philosophis vel Theologis reperiri, existimo, qui neget, omne id, quod huius vniuersitatis continetur ambitu, & efficientem debere habere causam, vnde sit ortum, & finem quandam vsumque, quem summus rerum praepotensque conditor intenderit. Et principium tamen rationis sufficientis rident & impugnant. Neminem fore, crediderim, qui *nihilum* ita posse considerari, putauerit, vt ab ipso tanquam fonte rei & causa, quicquam promanare & producqueat. Nihilo secius quicquam sine ratione sufficiente esse posse? temere assertur. Si dixeris: *quicquid est, in rebus humanis sui causam agnoscit effientem causamque item finalem; quicquid suscipimus, id, aliqua impulsi causa, suscipimus:* Item: *nihilum non potest producere quicquam:* tum profecto neminem eorum, qui principium rationis sufficientis tantopere impugnant, non habebis consentientem. At dic: *Nihil est sine ratione sufficiente,* tum funesta belli flamma concitabitur, totaque aduersariorum turba, tumultum decerni, institum edici, sagamque, sumi dicent, oportere. En ridiculam logomachiam! At esto, inquieres, in rebus humanis, mutationique obnoxii, quidlibet suam habere ratio-

nem sufficientem, cur sit potius, quam non sit, cur sit hoc modo, nec alio, impium tamen prorsus est & temerarium, Deum principio rationis sufficientis iā velle subiicere, vt, quicquid Deus vel decernit, vel agit, ad id omne agendum rationibus sufficientissimis commotus dicatur. Concedam tantisper, mi Dubitantib[us], nec inuitus largiar, imdum esse & temerarium, affirmare, Dern agere cum ratione sufficientissima. Siccine ergo etiam impium erit, temeritatisque plenissimum, sequentibus cum Theologis vti loquendi formulis? *Deum comonuit, ve scripturam sacram nobis daret, hominum miseria, & infinita sua misericordia:* Item: *finis creationis ultimus est gloria bonitatis, potentiae & sapientiae diuinae a creaturis agnoscenda & praedicanda.* Porro: *Causa impulsua electionis hominum lapsorum & Deo reconciliatorum ad vitam aeternam alia est interna, alia externa.* *Causa impulsua electionis interna est euodicia; benevolentia vel gratia Dei nullis hominum meritis provocata.* *Causa externa est fides finalis.* Haecne sunt praestantissimorum & ὁρθοδοξοτάτων Theologorum effata? Num hanc, qua vtuntur, loquendi rationem unquam impugnatam, meministi? Quid ergo ridemus, cum, Deus omnia ex ratione sufficientissima agere, dicitur? Quidni ridemus etiam, ira exardescimus, Deum non absolute, sed intuitu fidei finalis, quosdam ad salutem aeternam praedefinisse? Deum item hunc mundum condidisse, vt esset speculum gloriae ab perfectiorum suarum. Haec enim omnia quid aliud cuncte;

eunt, quam hoc, Deum agere semper & ubique ex ratione sufficientissima. At libertati, inquis, officit rationis sufficientis principium. Num, dic, sodes, libertatem tolli putas, si agimus prudenter, si deliberato consilio quid suscipimus, si, commodis incommodisque actionis suscipienda rite expensis, quid molimur? Haec si negas libertati tenere aduersum, negabis profecto, rationem sufficientem libertatem tollere. Finge quoque libertatem, adstructo rationis sufficientis principio, adduci in discrimen, tum profecto, si libere agere volueris, quicquid agis, id agas, oportet, sive ratione. Atque adeo, duce ratione & prudentia, nihil vel sentiendum, vel dicendum, vel moliendum. Quod quam sit ridiculum, ipse iudicabis. Narrabo, nisi moleste feres, historiam, lepidam illam quidem, veram, & eiusmodi plane, ut cumulate satis videatur declarare, in quas, quamque absonas, prolabantur logomachias saepius ii, qui impetu, magis, quam consilio, pugnant.

Annus est, cum, negotiis tantisper sepositis, ad meos excurri, patrios lares inuisurū. Inciderbam, cum, tanquam in transcurso, salutarem Academiam N. N. in veterimum quentdam aamicum, cum quo multos annos in Academia R. - - - familiarissime coniunctissimeque vixeram. Hic me, humanius liberaliusque exceptum, variis recreabat narratiunculis & multa, quae incredibilia fere videbantur mihi, de lite Wolfiana adferebat. Et, ut rei fidem faceret, altero, quam adueneram, die, me deducebat ad,

„amplissimam domum, quo de rebus eruditis dis-  
 „putatum, ex maiorum decredo, conuenire debe-  
 „re, aiebat. Vixdum a litine salutarum auditio-  
 „rum, cum plurimos viderem iuuenes, per  
 „sedilia sparsos, qui, arrectis auribus, compres-  
 „que voce, intenti audiebant philosophiae docta-  
 „rem, barbatulum illum quidem, & primo aeta-  
 „tis flore pubescentem, iuuenem, at pererudite  
 „scienterque, de rationis sufficientis principio,  
 „ex cathedra, commentantem. Perplacebat mihi  
 „docentis scientia, solidis nixa fundamentis, di-  
 „cendique suauitas, qua in omnium aures ani-  
 „mosque influebat, mirifice me capiebat. At dum  
 „attentus iucundissimeque affectus adsto, fit stre-  
 „pitus, & obscurio murmure aures meae circum-  
 „sonabant. Tandem senex quidam, & canitie bär-  
 „baque venerandus, philosophus, quem iuxta cathe-  
 „dram sedentem iam ante obseruauerat, consurge-  
 „bat, &, minarum iraeque plenus, vehementius in  
 „Magistrum inuehebatur. Quae te, inquiebat, ma-  
 „lum cepit dementia, vt, ex hac cathedra, ex  
 „qua sanctiora Aristotelis placita, multis abinc-  
 „annis, fuerunt strenue asserta, docere audeas &  
 „defendere periculosum illud & dudum explosum  
 „Rationis sufficientis principium? Eas in malam cru-  
 „cem cum tuo illo spinoziano principio, nec cum  
 „ratione insanias! Quid ad haec Magister? Hic  
 „subridens, nihilque tanta irati philosophi vehe-  
 „mentia commotus, quid, inquit, tandem est,  
 „quod reiiciendum in hoc principio pures? Au-  
 „dias demonstrationem, & si quid babes, quod  
 „in eius desideres rigore, cum vixtus dabo ma-  
 „nus

nus. At ille ira exacus, stomachosus in haec,,  
 erumpebat. *Quid cum tua demonstratione rei-,,*  
*mhi est! Omne nouum suspectum. Ergone, in-,,*  
*quit magister, quicquam sine causa esse posse,,*  
*affirmas? Non respondet senex, sed, sine ratione,,*  
*sufficiente quicquam dari, conterdo. At quid, inquit,,*  
*iuuensis philosophiae doctor, illud est, quod te com,,*  
*moueat, quod te impellat, quod te determinet ad,,*  
*principium rationis sufficientis reiiciendum? Pluri,,*  
*ma, senex regerit, me mouent. Est enim illud nouum,,*  
*est contra experientiam, est periculosum & officit li,,*  
*bertari. Bene, bene, aiebat magister. Dum reiicis,,*  
*principium rationis sufficientis, venerande senex;,,*  
*illud ulro concedis. Aui enim habes rationem,,*  
*sufficientem, cur principium rationis sufficientis,,*  
*neges, aut non habes. Si habes, ut habes omni,,*  
*no per concessa, eo ipso concedis rationem suffi,,*  
*cientem. Si non habes, stulte professo & absurde,,*  
*reiicis hoc principium. Tum senex, perturbatus,,*  
*paullum & confusus, respondit: Causam habeo,,*  
*sed non rationem sufficientem, cur principium ra,,*  
*tionis sufficientis dannem. Causas enim meas,,*  
*sam adduxi at absit, ut, ratione sufficiente me,,*  
*ad te confutandum determinatum esse. iam.,,*  
*Tum omnes, qui aderant, in cachinnum effusi,,*  
*λογομαχίαν inanem detestabantur. Ego inter haec,,*  
*abire, & pedem ultra proferre.,,*

Idem fatum cetera quoque recentioris philo-  
 sophiae placita experiuntur. Dic e. gr. omnia,,  
 quae in hac rerum vniuersitate reperiuntur, habent,,  
 suas causas efficientes, habent finem, ob quem,,

„condita sint. Tum, crede, nemo tibi dicet contra. At vel verbum de NEXV M V N D A N O profer, tua tumultus excitabitur, & iniqui, pleno impetu in te effusi, omne acerbitatis virus in te euonent. Idem dicis, at ob verbum NEXV S in offendas tot summorum virorum incurris. Dic: „In hoc mundo omnia sunt ita diuinatus ordinata, vt sapientia diuini Numinis, in illustri quasi posita monumento, vbique eluceat. Item, dic: „Deus ipsa quoque mala ita dirigere nouit, vt boni quid inde emergat, & vt iustitia ipsius & bonitas sapientiae manifestetur, gloriaque adeo diuini Numinis promoueatur,, tum omnes habebis consentientes theologos. At si dixeris: *hic mundus est optimus*; tantam inuidiae tempestatem tibi conflabis, quantam vix ferre poteris. Vide, quam offendat vocabulum *mundi optimi!* Dic: „Hic mundus est eiusmodi, vt alia esse posset series causarum & effectuum, & alii euentus locum habere., In his, vix quisquam erit, qui, quid culpet, reperiat. At dic: *Plures mundi sunt possibles.* Parum profecto aberit, quin a nonnullis pro dementi & insano habeare. Dic: „Anima non vi, vel intrinseca, vel extrinseca, cogitur, aut pertrahitur ad appetendum vel auersandum, sed interno suo & domestico motu, se determinat ad agendum, libereque ac lubens, quicquid appetit, vult, auersaturque omne, quod malum abominandumque ipsi videtur. At dic: „Anima est *autómatos.*,, Tum ferendus non es amplius, sed ex hominum confociatione pro-

proscribendus.\* Idem, mutat's verbis, dicis. Dic: (loc enim vnicum addere visum est.) „Quoties,, miraculum quoddam p̄fatur; loco euentus, qui,, ab euentibus, naturaliter sive miraculo secuturis,, diuersi sunt, sequuntur. Illud: oꝝ taum adfer-,, tum exemplo Lazari, cui cura per miraculum a,, Christo ex mortuis suscitaretur, si eis illi euen-,, tus sequebatur, quam qui secuturi essent, si,, miraculum hoc non fuisse patueram. Sicut enim,, hoc miraculo Lazarus computuit: a verius,, corrosus, in puluerem rediſſer. I. omnes euen-,, tus non sequebantur, cum Lazarus, miraculo in-,, terueniente, reuiuisceret.,, Haec vbi profers, nemo tibi, opinor, refragabit, sed si vius fueris sequenti loquendi formula: *Per miraculum ordo naturae turbatur*, nihil, quod sano homine dignum sit, nonnullis dixisse videbere. En logomachiam!

Plura proferrem, at, quid opus est, nonnullorum disceprantium demonstratio futilitatem? Rectius tibi agere videbor, si grauiora, tuoque digniora ingenio, protulero. Proferrem quoque, sed venit mihi in mentem subuereri, vt fastidio legendi mederer.

Haec autem omnia, quae a me vides disputata, eo pertinere volo, vt intelligatur, quam vane quamque inepte saepius de rebus, in quibus defendendis vtraque disputantium pars consensere, fuerit

Y. 4

recen-

\* *Αὐτόματον* anima dicitur a nonnullis hoc sensu, quatenus anima se ipsa determinat ad appetendum & libere, vid. Bülfing, dilucidat, p. 346. Non approbo hanc locutionem, at improbo tamen logomachiam.

recentius disceptatum. Hoc negare quidem non possum, cautius nonnunquam & prudentius recentiores philosophos loqui, & potuisse, & debuisse. At ideo humanius moneri poterant, &, vt correctio ne quadam adhibita, paullulum immutarent verbâ loquendique rationem, iuberi. Sed, quod, ob incautiores nonnullas voces, loquendique formulas, vlli turpitudinis aut Atheismi nota inuri debeat, id vero est eiusmodi, vt nulla ratiōne ferendum esse videatur. Quod reliquum est, haec, quae bono scripsi animo, serena accipias fronte, meque in tuis habere perge. Ita vale ex voto, &, si quid his nosti rectius, mecum perbenigne communica. Alethopol.  
 CLO IO CC XXXVII. Mense Iunio.

FINIS.



HISTO-

HISTORIA  
DOCTRINAE RECENTIVS  
CONTROVERSAE  
DE  
MVNDO OPTIMO.

---

---

I.

Semper sapientis est habitum, non modo nullas excitare lites, sed de iis quoque, cum excitate sunt, amice componendis cogitare. Tantum enim abest, vt turbis & dissidio salva stet respublica & communiciatur, vt potius, dissociatis ciuium animis, maxiui imperii contextus in multas quasi partes dissiliat, ciuitatesque, subrutis fundamentis & perditis, labefactatae ruant, & omnis denique vitae societas communitasque disturbetur. Optandum ergo erat, vt esset discordiarum, quibus eruditorum plurimi foedissime infestissimeque distrahuntur, finis aliquando, & philosophi, pace conciliata, a diuturnis dissensionibus conquiescerent. Quod vero quem ad modum optare, quam sperare, facilius est, ita negari non potest, incidere saepe tempora, cum, quae ab eruditis ad bene merendum de veritate eiusque incredibilis suscipitur, concertatio non modo nihil habet vitii, sed honesta quoque est, & eiusmodi, vt plurimum inde in doctissimum quemque redundet utilitatis. Fit scilicet, hominum, incertum, malitia, an leuitate aliqua & ignorantia, vt veritas, admirabiles

Y 5

sui

sui amores, si oculis cerni posset, concitatura, inquisus lacesatur, multisque iactata iniuriis, impurissime tetterimeque contaminetur, prematur, afflictetur. Quod cum vident cordatores, id sibi datum credunt negotii, vt eorum, qui opinionum commentis foedare omnia audent, qui veritatem depressam existimatque cupiunt, vt eorum, inquam, vim frangant, impetum retundant, veritatis decus, propugnaculis errorum disiectis, afferant, proterantque hostium copias, &, omnibus nudatas praesidiis, et tabulis suis exturbent.

Ex his iudicari potest, quid recte fiat in controversia Wolfiana, quidue secus. Ex quo scilicet illustris WOLFIVS philosophiam, deterso pristino situ & squalore, dignitati suae decorique restituere coepit, dici non potest, quot quamque ancipites coortae fuerint lites, quamque multi pugnaces & lacertosи duces, acie quasi instructa, acerrimum WOLFIO bellum intulerint, tanquam de sanguine & de spiritu decertaturi. Alii vero aliam pugnandи rationem inierunt, nec omnes, quod debebant, incorruptum veritatis, vel in lucem proferendae, vel propugnandae studium ad concertationem hanc ad tulisse sunt existimandi. Nonnullos enim, scimus, ira exacutos, instinctosque audacia, eo processisse impudentiae, vt, veritatis ratione fere nulla habita, crimina, nescio quae, confinxerint, & foedissima vindique congresserint probra, quibus, petulantissime in WOLFIV M contumeliosissimeque projectis, famam ipsius conspurcari posse & proscindi existimant. Qui quidem, ad vim, ad facinus, ad exitum accincti, quam infaustis omnibus contra veritatem

arma tulerint, quamque magno conatu magnas sae-  
pius egerint nugas, inani de verbis certamine fulce-  
pto, alio loco copiosius a nobis fuit commonstratum.  
Alii, meliores his modestioresque, caussis amoris  
odique procul facefere iussis, veritati laboranti suc-  
currenrum opinati, non tam conuiciis venenatisque  
maledictorum teis contra WOLFIVM depugna-  
runt, quam sumissimo rationis propugnaculo philo-  
sophiae corrupteias profligare iunt connisi. Quod vt  
intelligi possit rectius, ea, quae de MVNTO OPTI-  
MO recentius sunt disputata, commemorabimus,  
&, caussis huius controvrsiae paullo altius repetitis,  
a quibus protecta sit initiis, quamque late nostris tem-  
poribus sit disseminata, distributius expónemus. Eum  
autem commentandi ordinem consestabilimur, vt,  
quid quoque anno, inde a Leibnitii libro edito qui in-  
scribitur *Theodaea*, vel ad defendendum MVN-  
DVM OPTIMVM, vel ad eundem destruendum ab  
eruditis scriptum sit, recenteamus. Nihil autem, nihil  
prolatus addemus, quod vel ad afferendam commu-  
niendamque LEIBNITII sententiam, vel ad ean-  
dem explodendam vlo modo pertinere posse videa-  
tur. Tuo ipse, Lector, vtere iudicio, nihil impedi-  
mus. Nostrum est, quas in historiis scribendis sanci-  
ri voluit ratio, legibus facere satis, neque adeo definire,  
quid in hac controvrsia fieri sentirique debuerit,  
sed commemorare, quid factum sit.

## II.

Vt autem intelligatur, quid sit id, de quo dispu-  
tet, notionem MVNDI OPTIMI, quae ob-  
scura nonnullis videtur, & difficiles explicatus habere,  
quam

quam possumus breuissime, enodabimus. Mentem ergo sententiamque eorum, qui mundum optimum defendunt, sequentibus comprehensam positionibus, dilucide planissimeque peripicies.

I. Totum hoc yniuersum, quantum quantum est, eiusmodi est, ut earum rerum omnium, quae in eo cernuntur, varia sit commutabilisque ratio, nihilque prorius reperiatur, in quo non ab alio in aliud vicissitudo atque mutatio vel conspiciatur, vel animo certe concipi possit. Quamuis enim in hoc orbe omnia naturali colligatione conferte contexteque fiant, quamvis ordinis, qui in rebus, cum temporis, tum interuallorum ratione, cernitur fixae sunt leges, sapientesque rationes, existimandum tamen non est, ea, quae in mundo accidentur, perpetuo immobilique nexo, & instantia quadam necessitate ita esse deuincta, ut nihil in iis possit immutari, nihilque tolit. Quid enim repugnatiæ habet, praesentem, quam videamus, quam miramur, rerum, diuinitus conditarum, connexionem aliam esse, ac nunc est? Quid impediret, quo minus sit alius siderum cursus, aliae progressiones, institutiones aliae, alia ratio solis, alia temperatum series ac vicissitudo, alia natura, habitus, ornatusque totius coeli terraeque coagmentationis? Quid repugnantiæ habet, quasdam res abesse, versa videre omnia, &, ut paucis dicam, alium plane, & ab hoc, qui nunc existit, prorsus diuersum, mutatis his sublatisque motus legibus, mundum condi? Certum ergo est, praeter hunc mundum, alios quoque, forte innumerabiles fieri potuisse.

II. Infinita est intelligendi vis in D E O, & tanta omnino, ut ipse distinctissime, nulla confusione, null

la admixta obscuritate, non has modo res, quae adfunt, sigillatim intimeque perspiciat, sed earum quoque caussas, rationes, vires, & consequentia peruidet, idque non diuiso, quod sit in hominibus, intelligendi actu, non per partes, non per interuallum suspenso. Vno momento vniuersa contuetur, & vno in conspectu cernit omnia. Quin etiam, quod magis mittere, intelligentissima mens diuina ea cognita habet & perspecta, quae nec existerunt vniquam, nec sunt, fieri tamen possunt, si alia esset caussarum series, aliisque effectorum, ex his caassis, tanquam feminibus, nascentium ordo. Relinquitur ergo, ut affirmemus, Deum ab omni aeternitate non hunc modo mundum perfectissima intelligentia complexum fuisse, caussasque rerum, prout altera ex altera nexa est, consecutionesque perlustrasse, sed inumeros quoque mundos *possibiles*, liceat cum philosophis loqui, sibi distinctissime repraesentasse, &, qui, ex omnibus possibilibus mundis, consilio sapientiaeque suae esset accommodatissimus, accuratissime praenosse.

III. Deus, quae est infinita eius summaque sapientia, nihil agit, nisi quod sapientiae suae est consentaneum, & quocunque ex pluribus possibilibus eligit, id vero semper est eiusmodi, ut fini suo sit conuenientissimum, i. e. *optimum*.

IV. Cum ergo ex pluribus, qui condi potuerant, hunc elegerit mundum, eundemque omnibus aliis praferendum putarit, patet, nullam aliam ob caussam id fieri potuisse, quam quia, cum ceteris omnibus sapientiae finique, sibi proposito, conuenientiorem esse, intellexit. Quo sensu hic mundus *optimus perfectissimusque* vocatur. Neque enim quisquam tam absurdus

furdus putandus est, vt sibi persuadent, per mundum optimum recentiores intelligi velle eum, in quo nihil sit malum, nihil naeuorum, quique omni careat macula, omni imperfectione.

Haec omnia philosophorum quidam breuius ita enunciant. „Hic mundus est ens contingens, & esse potest aliter. Sequitur ergo, vt, praeter hunc mundum, plures alii sint possibles. Ex his pluribus possibilibus mundis, quos Deus ab aeterno sibi distinctissime repraesentauit, Deus elegit praecise hunc mundum, nec alium. „Deus autem, vi suae sapientiae, elegit non visi id, quod est finibus suis conuenientissimum. E. hic mundus est finibus suis est conuenientissimus, dicitur *optimus siue perfectissimus*, E. hic mundus est optimus siue perfectissimus.

## III.

Vide lector, quam enixē id agant recentiores, vt apertissimis pugnant rationibus, suae de mundo optimo doctrinae fidem, & auctoritatem, & firmamentum adiuncturi. Ad quorum vero sententiam vt descendas, nec postulo, nec, quid ipse sentiam, expromere lubet. Ea quoque parcius attingenda puto, quae veteres, in quorum testimonii, ad stabiliendam veritatem, magna vis magnumque momentum positum videtur nonnullis, de MVNDO OPTIMO, legimus, esse commentatos. PLATONIS, (ab eo enim originemur, a quo, tanquam fonte, primum profluxit in genus humanum omnis sapientiae humanae libertas & copia,) PLATONIS, inquam, vt alia plura habet cum nostra aetatis philosophis communia, ita, cum de mundo disputat, dici non potest, quam magnificis extollat laudibus eius pulchritudinem. In qua contemplanda dum, admiratione attonitus, defixusque stupore, haeret, prorsus divini quid in singulis rerum conditarum partibus deprehendi sibi visus est.

Deum,

Deum, ait, ex confusa rudis inordinataeque materiae mole, chaos vocant alii, terrarum orbem ita coagmентаſe, ut omnia formis distinxerit & numeris, totumque adeo hoc vniuersum etiam nunc ratis moderetur ordinibus. Ex qua admirabili omnium mundi partium conſenſione concentuque eiusdem pulchritudinem coortam opinatur. Quod quidem, loco non uno, dilucide ſatis ſcience que probat. Sufficerit nobis, vel vnicum addu-  
xiſſe. Οὗτως δὲ inquit, τότε πεφυκότα ταῦτα πρᾶτον διεσχηματίσατο εἶδες· καὶ ἀριθμοῖς. Τὸ δὲ οὖν δύνατὸν ὡς καλλιστα καὶ ἄριστα εἴχει οὕτως ἔχοτων τὸν Θεόν αὐτὸς ζυνισάνας, i. e. Ita autem tunc haec, ſua natura apta, primum conformauit distinxitque formis & numeris. DEVM vero, quantum fieri potuit, praeclarissime & optime vniuersum hoc conſtituiſſe, atque ordinaffe ex iis rebus, quae nondum hanc formam fortitatem erant. a) Plura, hanc in rem adfert BRUCKERS, qui in historia, quam edidit, philoſophica, omnia ea, quae de mundo diſputat PLATO,

diſtri-

a) In Timaeo Tom. III. p. 32. Alio loco idem conſirmat.  
 PLATO. qui in Timaeo p. 478. Εἰ μὲν δὴ, inquit, καλός εἶνι ὁ κόσμος, ὅτι δυμίχεχος ἀγαθὸς δῆλον, ὡς πέρι τὸ αἰδίον ἐβλεπεν· · · · καλλιστος δεδημιύργηται. Βουληθεὶς γὰρ ὁ Θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα Φλάνχον δὲ μηδὲν εἴναι κατὰ δύναμιν· · · · Θέμις δὲ τὸν ήν, δὲ τὸν τῷ αριστῳ δρᾶν ἄλλο, πλὴν τὸ καλλιστον, i. e. Siquidem bonus ac pulcher est hic ipſe mundus, conditor quia bonus est, manifestum est, quomodo at perpetuitatem Deus respexerit. Optimus conditus est. Voluit enim Deus, ut omnia equidem bona, inutile minusue bonum vero nihil effet, quantum per efſentiarum habitudinem fieri poterat. Nec fas est, nec aequum,

distributius minutatimque percenset, perpaucis, at apte concinnatis, positionibus mentem ipsius sententiamque complexus. b) Si auctoritate testimoniisque aliorum staret caderetie veritas, operaे foret pretium, complures alios, quos Graecia tulit, philosophos adducere. quorum de mundo optimo sententia, litteris prodita, tantum abest, vt discrepet a recentiorum placitis, vt potius cum iis exakte conuenire videatur. THALES, is, qui in septem sapientum uniuersum adscitus, multa, breuiter commodeque dicta, posterris reliquit, a quodam interrogatus, quid esset optimum, mundus, inquit, quia est opus Dei. c) Quod quidem pronunciatum quemadmodum complurium veterum philosophorum iudicio probatum legimus, & eorum maximaе, qui verissimum pulchritudinis mundi iudicium habere existimantur, ita in his commemorari, vel in primis, merentur Stoici, quos, scimus, negasse, quicquam, nisi perfectum, a DEO potuisse condi. Atque adeo, ipsum mundum, quia omnia complectatur, nec sit quicquam, quod non insit in eo, perfectum vnde esse, affirmabant, CHRYSIPPVS, vt est apud Ciceronem, d) nihil mun-

aequum, vt optimus faciat aliud, praterquam optimum. Quod quidem PLATONEM haustis ex Pythagoraeorum, harmoniam & concentum in rebus creatis affirmantium, doctrinis, suspicatur ille personatus Almonius Vtinis, qui demonstrationem Theologico Philosophicam, quod idea electi mundi optimi a Deo, salua eius sapientia & libertate, remoueri nequeat, Bibliotheca Bremensi inferendam curauit. Conf. Bibliotheca Bremerius, Cl. VIII. fasc. I. p. 47.

b) Tom. I. historiae philosoph. p. 653.

c) Refert hoc Diogenes Laertius Cap. I. seg. 28.

d) De natura Deorum libr. II. c. 14. Digna sunt verba Ciceronis, quae hic adscribantur. Mundus, ait, quoniam omnia

mundo perfectius esse, aiebat, eidemque, quia sit optimus, negabat, deesse quidquam posse. Eundem vero, longius, quam decebat, progressum, terrarum orbi diuinitatem quandam, Deique ipsi ciis, quae complectitur mundus, nescio quam, intelligentiam tribuisse, accepimus. Haec Stoicorum de mundo optimo sententia digna nuper visa fuit viro clarissimo, MICHAELI HENRICO REINHARDO, quam, dedita opera, latiusque expli-  
caret. e) Vereor, ne nimis longus sim, si ea omnia, quae scholastici de mundi perfectione ac honestate, subtiliori & spinoso differendi genere, praeceperunt, velim adferre. Nec attinet, Theologorum, cum veterum, tum recentiorum, Augustini f) nimirum, Dor-  
schaei,

complexus est, nec est quicquam, quod non insit in eo. perfectus vnde est. Quid igitur potest ei deesse, quod est optimum? Nihil autem est mente & ratione melius. Bene igitur idem Chrysippus, qui, similitudines addiungens, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora, ut in equo, quam in equuleo, in cane, quam in catulo, in viro, quam in puer, item, quod in omei mundo optimum sit, id in perfecto aliquo atque absoluto esse debere. Est autem mundo nihil perfectius. Alio loco Cicero, cum constitueret, inquit, Deus bonis omnibus explore mundum, malis nil ad-  
mittere, quoad natura pataretur. Fas autem nec est, nec  
vniquam fuit quicquam, nisi pulcherrimum facere eum, qui  
esset optimus. Cant. Seneca L. VII. de benef. c. 7.

e) In peculiari commentatione, quam Torgauiae 1738. de mundo optimo Stoicorum edidit.

f) In Enchirid de fide, spe & caritate, Cap. III. Vbi vniuer-  
sa simul valde bona condita esse affirmat, quia ex omnibus  
consistat universitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiam,  
pergit, illud, quod malum dicitur bene ordinatum & loco suo  
potius, eminentius commendat bona. ut magis placeant, &  
laudabiliora sint, dum comparantur malis. Neque enim DE.  
VS. omnipotens, quod etiam infelices fatentur, rerum cui  
summa potestas, cum summe bonus sit, vello modo fineret mali

schaei, g) Arndii, h) Glassii, i) aliorum, suam mun-  
do pulchritudinem perfectionemque vindicantium, posi-  
tiones & sententias pluribus commemorare.

## IV.

In eo potius versabitur opera nostra ac labor, vt ostendamus, a quibus ducta sit initia, nostra aetate, controtuer-  
sia de mundo optimo. Hic ergo negari non potest **GODFREDVM GVLIELMVM LEIBNITI-**  
**VM**, summo ingenio exquisitaque doctrina philosophum,  
sparsis quasi dissensionum seminibus, belli suppeditasse  
materiam, &, cibo velut quodam obiciendo, eruditorum  
ingenia ad congregendum prolectasse. **LEIBNITIVS**  
enim, impeditam illam, multisque interclusam difficulta-  
tibus, quaestionem, de **ORIGINE MALI**, enoda-  
tius expositurus, **BAILIV** Mque, qui, contortulis qui-  
busdam ac minutis conclusiunculis effici, volebat, ori-  
ginem mali ad Deum quendam malum esse referen-  
dam, cofutaturus, suam de **MVNDO OPTIMO** OP-  
TIO-  
NEM opinionem in lucem conspectumque profere-  
bat,

aliquid esse in operibus suis, nisi usque adeo esset omnipo-  
tentia.

- g) De Voluntat. DEI sect. I. c. II. p. 73. Potest enim vocari  
propositum de vniuersa, gubernatione DEI, quo ab omni  
aeternitate, praeuisis omnibus possibilibus, determinauit  
certam rerum seriem, in qua decurreret & totius mundi du-  
ratio, in quo proposito diuina in primis bonitas, & inexhaustae  
plane diuinitiae cum potentia aeterna & infinita sapientia,  
suauitate omnia disponente, patefierent.
- h) Arndium mundi optimi fautorem fuisse, probare annis est  
Mollerus infra adducendus.
- i) Glassius in philologia sacra L. III. tr. I. can. 16. in Genesios  
I. contra 31. ita commentatur. Videt DEVS, quodcunque  
fecerat, & ecce erat bonum, valde, hoc est, optimum, non tan-  
tum singula seorsum, sed & optima simul ea erant symmetria  
& perfectione, ut perfectior excogitari non posset.

bat, MALVMque, propterea, quod hic mundus, in quo insit malum, sit optimus, ab eo negabat, sciungi posse. Ut adeo, quaestio[n]is de mundo optimo stirpem & incurvabula quaeri debere, videas, in altera illa, tot implicata controv[er]siis, quaestione de origine mali.

## V.

Quod vt luculentius possit intelligi, rem narrabo, vt gesta est. PETRVS BAILIVS, quem nonnulli tanti faciunt, vt, acutissimum quemque philosophum, cum eo comparatum, sordere, existimant, hic, inquam, BAILIVS, in eo omnem ingenii virtutem expromebat, vt, nexit, quos vix, ac ne vix quidem, expediri posse credebat, difficultatis nodis, Christianae religionis fundamenta per cuniculos conuelleret, sanctiorisque doctrinae scita, oratione, &, quibus poterat, rationibus labefactaret. Quod quidem, vt semper alias, ita tum vel maxime, eum in causam mali originemque inquisivit, verbis, factis, scriptisque declarauit. Rationeit, doctrinamque, diuinitus humano generi patefactam, aduersis velut frontibus, putabat inter se pugnare, atque, ob intestinam quandam discordiam, quae eas in unum coire non facile pateretur, adfirmare alteram, & tanquam verum, credituque dignum tradere, opinabatur, quod negaret altera & expoleret. Quod vel ex eo lucide apparere aiebat, quod ratio eas adferat dubitationes contra illa, quae de funesta exitialiisque humani generis parentum prolapsione, in sanctioribus litteris, praecipientur, vt ex iis se expediendi nulla detur via, nihilque prorsus sit, quod minus possit explicari. Rationem, negabat, perspicere, qui fieri possit, vt DEVS sit bonus, sapiens, sine macula, omniumque item vtilitati

litati bēnignissime consulat, si condat hominem, mes conseleratissima mente, in flagitia omnia prolapsurum; si malorum plenus sit mundus, ubi nec diuini quidquam, nec humani sit sanctum. Ex innumeris ergo, in quos se induerat, dubitationum laqueis cum se expedire non posset, certe nollet, factum est, ut in eorum concederet sententiam, quos, Manichaeis astensos, duplex rerum principitum, idque aeternum, minimeque a quoquam alib dependens, boni scilicet alterum, alterum mali, legiinus, tradidisse. Quorum quidem quamvis perabsurda sit opinio, ea tamen sic se probauit BAE-LIO, ut, nullo rationis propugnaculo infirmari illam, nullisque sapientiae humanae praesidiis frangi posse & prosterni, sit opinatus.

## VI.

Cum ergo eruditis nihil minus, quam effraenata haec religionem explodendi libido BAE-LII, ferendum videretur, aciem contra illum instruebant, &c, feliciter incisis dubitationum BAE-LIA-NARVM nodis, qui, in semet ipsos implicati, nexus celare videbantur. laudabilem pro religione suscipiebant propugnationem. In quibus maxime commemorantur, C L E R I C V S,

KIN-

k) Ioannes Clericus, (sunt verba Buddei in instit. Theol. Dogmat. p. 643.) in Parrhasianis Tom. I. Manichaeismo sistema Origenis opposuit. Sed huncce Clerici insultum repellit Bailius, in altera dictionarii historico-critici editione voc. *Origenes* T. 3. p. 2259. prodeunte iterum in aciem suamque caussam defendantem CLERICO, bibliothec. select. Tom. 7. p. 331. sqq. Nec ita certaminis finis, quin potius strenue fuit continuatum a Bailio respons. ad quaest. hominis ex provincia. Tom. 3. a Clerico autem Bibliothec. sel. T. 9. p. 103. sqq. & rursus a Bailio respons. ad quaest. hominis ex provincia.

KINGIVS, l) BERNARDVS, m) IAQVE-  
 LOTIVS, n) IVRIEN, o) WOLFIVS, p)  
 qui tanquam ad commune quoddam incendium extin-  
 guendum, concurrebant, &, quicquid in ipsis erat viri-  
 um, ingenii, facultatisque, id omne ad errorum BAE-  
 LIANORVM propugnacula distracta conferebant.  
 Maxime vero LEIBNITIVS in eo omnes animi inge-  
 niique neruos contendebat, vt BAELIVM, de suis  
 deiectum praesidiis, prosterneret, atque adeo, perdi-  
 tis profligatisque Christianae religionis hostibus, hon-  
 estissimam victoriam domum reportaret. Prout o-  
 rum Regina, Sophia Charletta, Leibnitium identi-  
 dem rogarat, vt scrupulos, quos ex Bailianarum  
 scriptiorum lectione sibi iniectos sentiebat, exime-  
 ret, Baeliumque, quam fieri posset scientissime, con-

Z 3

futa-

prouinc. Tom. 4. iterumque a Clerico. Bibl. select. Tom. 10  
 p. 364.

- l) Guili. Kingius, Berensis Episcopus, Londini 1703. tractatum de origine mali edidit. Quae commentatio Bremae 1704. recusa, iterum prodit. A Kingio se peti arbitratus Bailius, multa contra dicebat, quae hic adferre, nimis longum faret.
- m) Iacobus Bernardus nonnulla contra Bailium monebat in Nouell. de la republ. des lettres. 1705: mense Martio.
- n) Hic Amstelodami librum edebat anno 1705. cuius index erat: De Conformatitate fidei & rationis, huc defensio reli- gionis contra praecipuas difficultates, in dictionario histo- rico-critico Bailii disseminatas. Huic cum responderet Bai- lius, denuo in aciem prodit, edendo libro 1706. qui inscribitur: *Examen theologiae Bailii.*
- o) Qui infestissimis signis Bailium aggrediebatur, edito 1706. Amstelodami scripto: Philosophus Rotterodamensis accu- fatus & conuictus.
- p) Ioannes Christophorus Wolfius, Hamburgensium elijm de- cucus, Manichaeismum ante Manichaeos edidit 1707. & Bai- lium tanta soliditate, quanta modestia, confutauit.

futaret, q.) Leibnitius ergo, Reginae obsecuturus pre-  
cibus, in lucem proferebat, idque Gallico sermone, médi-  
tationes illas, quae Theodicaeae nomine circumferuntur.  
In hoc, elegantiae doctrinaeque pleno, libro, non id modo  
agit, vt Baelium refellat propulsetque, sed nouam quoque  
Baelianas soluendi difficultates rationem init, qua bonita-  
tem DEI a malevolorum criminationibus vindicari opti-  
me; malique originem planissime posse explicari, vir eru-  
ditissimus est arbitratus. De argumento ergo huius The-  
odicaeae breuissime sic habeto. DEVS, inquit, esse omni-  
um rerum intelligentissimus, sapientissimus, potentissi-  
mus, benignissimus. Atque adeo non potuit non eligere  
id, quod est *optimum, suum, quod est melius.* Cum ergo  
D E V S hunc potissimum mundum prae pluribus aliis ele-  
gerit, omnesque omnino, qui existere poterant, mundos,  
ex omni aeternitate, distinctissime perspiceret, consequens  
est, vt hic mundus, quem DEVS ceteris praeserendum  
putauit, & in quo malum futurum accuratissime  
praef-

q) Audiamus hic ipsum Leibnitium, qui, prescriptis ad Han-  
sium litteris, se reginae Prussorum rogatu hortatuque ad  
Theodicaeam conficiendam accessisse, fatetur. Cum olim,  
inquit, serenissima Prussorum Regia Bailii libros, doctri-  
nae & elegantiae plenos libenter legeret, & in his crebras  
quædæciones circa iustitiam diuinam, libertatem arbitrii, ori-  
ginem malorum, caussam peccati &c. animaduertiret, senten-  
tiæ meæ non raro rogabat. Ego vero ostendebam, non  
tantæ, esse difficultates, quæ viderentur, & rem omnem,  
negatio faciliter & dilucide expediri posse. Et sane, quæ  
offerrebat, non displicebant. Itaque plus semel instat incly-  
ra regina, vt meditationes meas eo de argumēto in chartam  
coincerem, & gallica quidem lingua, quo ab ipsa & aliis  
etiam extra Germaniam latine minus asperitis legi possent.  
Cooperam opus, sed morte reginae filum abruperam. Sed  
cum hic Berolini agerem, amici, quibus voluntas reginæ  
nota fuerat, ut eius mandatis ex alio satisfacerem, virgo  
non

praeuidit, sit optimus r) Si quis dicat, mundum esse posse sine peccato, sine malo, tum ad mores pertinentibus, cum, quae vocantur naturalibus, conceditur, id quidem, sed talem mundum nostro meliorem esse, negatur. s) Fac enim, esse nostro perfectiore, tum fieri non potuit, quin Deus, quae est summa eius sapientia, eiusmodi mundum eligeret. Id praeterea obseruandum, malorum, in hoc mundo obuiorum, numerum nimis exaggerari a multis, cum plura in eo bona, pluraque felicitatis genera & commoda vitae in eo reperiantur, quam quispiam fuisse opinatus. Quin etiam ipsa mala, si, prout cum ceteris, quibus gaudemus, bonis mixta fuerint & connexa, spectantur, ita saepe diriguntur, ut, quae sunt saluberrima, gloriaeque divinae amplificandae accommodatissima, inde proueniant. Haec, & alia plura, quae, cum iam sint in vulgo nota, pluribus hic repetere non attinet, satis sub-

## Z 4

tiliter

non destitere. Ita nata est mihi scriptio (THEODICAE) quae si praelo committeretur, octava forma iustae magnitudinis libellum daret. Vellem autem typis batauis editi gallium hoc scriptum: ita enim facilius per varias Europae partes, vbi linguae eius usus est, dispergeretur, praesertim cum ipsis Bailii & Antagonistarum eius scripta ibidem in Batauis gallice sint edita. Nomen quidem meum non esset praefigendum libello (neque is adeo mos est scribentis gallice.) Sed tamen neminem facile lectorum peritorum latere posset, ob doctrinas passim inspersas, quas alibi iam tum exposui.

r) Theodic. part. I. §. 8. Vbi Leibnitius Die höchste Weisheit, inquit, hat nebst einer gleichfalls unendlichen Güteigkeit, nichts anders, als das Beste erwählen können. Denn gleichwie ein kleineres Uebel etwas Gutes ist, so ist auch ein geringeres Gute was Böses, wenn es einem grösseren Gute im Wege stehtet. Und es würde in den Thaten Gottes etwas zu tadeln seyn, wenn ein Mittel vorhanden wäre, es besser zu machen.

s) Theodic. part. I. § 9. Ich läugne, daß die Welt, wenn keine Sünde darinnen wäre, alsdenn die beste sey. Item: Wenn

tiliter disputat Leibnitius in elegantissimo illo, qui Theodicea inscribitur, libro, quem, cito lo ccx. editum, t) nonnulli suffragii suis iudicioque comprobarunt, alii vero, eundem, rei literariae & sacrae plus detrimenti, quam utilitatis, importasse, contendunt. Rectene, an perperam, nostrum non est, interpretari. Neque eorum dicacitatem hic vel probare, vel repellere, animus est, qui, Leibnitium, affirmant, non serio & ex animo, sed iudicandum quasi & per iocum, quicquid in Theodicea scripsit, protulisse, ut scilicet ingenii suavitates ostentaret, eruditosque, quorum iudicia experiri voluerit, sa- cere luderet. u).

## VII.

- das geringste Nebel, das in dieser Welt geschicht, davon ab- gienge, so könnte es nicht mehr diese Welt bleiben.
- t) Historiam huius libri, copiosus descriptam, vide in Ludouici, Professoris Lipsiensis, historia Philosoph. Leibnitiana, T. I. p 467. In latinam linguam conuertebatur hic liber 1716. quam interpretationem debetrus viro cuidam erudi- to, cui è sodalita e Loiolitarum, Coloniae de litteris maxime mereti videbatur. In patrum sermonem translata est Theo- dicaea primum 1720. cuius versionis auctor fertur I. entne- ros, Vratislauensis, deinde C. Richter, Prof. Lipsiensis, cum summo eruditorum plausu Theodicaeam in Germanic. linguam transstulit, idque an 1726. quae ed. 1735. recusa est.
- u) Ita enim Pfaffius in diss. Anti-Bail. „Quid vero, inquit, di- „cēnus nos, qui existimamus, Leibnitium omnia ista, imo to- „tum illud systema, quod Petro Bailio in Theodicea oppo- „suit, per lusum ingenii quendam saltē confinxisse, nec seria „hic mente egisse, & Bailio frigidam potius suffudisse, quam „ipius placita destruisse. Certe cum vir doctissimus, cuius „professio singulari quodam aestimio & favore gauisi sumus „paullo ante fata sua ex nobis quaereret, quid de Theodi- „caea senti emus, nosque hanc nobis mentem stare, in re- „sponsione ad ipsum data declaravissimus, subrisit idem, at- „que rem acu nos tetigisse, cum ad nos rescriberet, assus est. Legi hic potest commentatio nostra de religione Leibnitii, Gorl. cito lo ccxxxviii, edita, in qua, quid de Pfaffii iu-

## VII.

Quantum LEIBNITIVS vel ingenii, vel laboris ad fallaces captiosasque B AILII interrogations dissoluendas adulterat, tantam inuidiae tempestatem, libro, quem tot elucubratus erat vigiliis, foras emissu, sibi subeundam esse, animaduertebat. Vndique enim ad pugnandum consurgebant eruditissimi viri, qui, cum reverentur, ne quidam, LEIBNITII opinionibus, acute excogitatis, circumscripti deceptique, detinserent a veritate, in eo cupide elaborabant, ut ea, quae de mundo optimo commentatus erat, conuellerent & infirmarent. Negari tamen non potest, fuisse complures, & in his eruditissimos viros, qui Theodicaeam, cum ederetur, summo exciperent plausu, eandemque putarent dignam, quae legeretur ab optimo quoque, & prudentissimorum iudicio suffragiisque comprobaretur. Pertinet huc unus omnium maxime TVRRETI-NVS, w) Theologus Genevensis, qui pro ea, qua gaudet, admirabili iudicij vi, suo quamque positio- nem LEIBNITIANAM momento ponderauit, ponderatamque sibi misericōde probari, testatus est. In alia omnia discessit IO FRANCISCVS BVDDEVS, Theologus quondam pius & eruditus, qui scriptis, exquisitissime & limatius cōfectis,

Z 5

dicio de Theodicea Leibnitii sentiendum sit, indicauimus, aliosque, hic pertinentes, scriptores excitauius.

w) Verba in Act. Eruditor. ita se habent: Cl. TVRRETI-NVS, Theologus apud Geneuenses insignis. Vir, cui res metaphysicas scrutari in primis datum, positiones Theologicas edidit, quibus Leibnitiana Theodiceae dogmata & principia, in Acisanri superioris a nobis commemorata, valde probat. Vid. p. 336. Mens. Iulii Anni 1712.

fēctis, nominis immortatitatem dūdum est consecutus. Hic paullo post, quam edita erat Theodicea, eandem sub incudēm reuocandā existimabat, non omnino nullos in noua LEBNITII de mali origine mundoque optimo doctrina errores deprehendisse sibi viſus. Id quod vberius comonstrauit in peculiari commentatione, quae sub titulo, *dotiriae orbodoxae de origine mali contra recentior. m quorundam hypotheses modesta assertio.* cl. cxi. In hac dissertatione, quam, moderante BVD-DEO, publice defendebat Georg. Cīrist. Knorrius, qui eiusdem putabatur esse auctor, multa contra mundum optimum diſputata legimus, quorum nonnulla sunt eiusmodi, vta BVD DEO, exquisitissimi viro iudicii, & philosopho sobrio, perque acuto, vix, ac ne vix quidem, proficisci potuisse videantur. Facile ergo, vt credam, adducor, ad Knorriū rectius, quam ad BVD DEVM auctorem, hanc ſcriptionem referri debere. Longum fōrūt, ea hic commemorare omnia, quae ad deſtruendam Leibnitianae philosophiae, maxime, vbi de malo eiusque origine exponit, compagem hac in exercitatione adferuntur. Id vnum tamen praeterire nec possum, ipsum doctissimum scripti huius confeſſorem videri pro mundo optimo propugnationē suscepisse. „Optimum mundum „inquit, Deum creare voluisse aequē, ac potuisse, & ide- „as etiam tales formasse, secundum quas re ipsa mundus „creatus sit optimus, ipsa ſcriptura ſacra fatetur. Idem „vero, ex quo a pristina illa integritatē deſcritum sit, mun- dum in pēius prolapsū eſſe, neque adeo nunc eſſe opti- mum,

\*) Vid. Historia bibliothecae Fabricianaæ Part. VI. p. 282. & Ludovici Historia philosophiae Leionitianaæ, Part I, p. 472.

mum, contendit. Digna sunt, quae hic adducantur, verba personati illius ALMONII VTNIS, qui in bibliotheca Bremensi hanc BVDDÆI, aut si maiis, Knorri assertione ita illustrat: Quod vñ „celeberrimus (Buddeus, aut quisquis dissertationis „auctor fuerit,) addat illud טובמ�ר non tantum „notare harmonicam bonitatem, sed singulis crea- „turis per se conuenientem; id quidem longe peti- „tum est. Namque *bonum* dicitur, quod finem, qui „ipsi est propositus, consequitur. Afflictio dicitur „non, non in tete nude, quia est malum passionis. „At qui finem præfixum habet, qui facit ex pro- „posito Dei ad emendandum hominem, inde dici- „tur *bona*. Bonitatem sigillatim diuidere, eamque „viritim creaturis trahere, est sapere extra connec- „tionem. Nam gradus illius singularis bonitatis „terminantur mutuo rerum respectu ac harmonia „vniuersali. Ergone Deus non valuit producere „mundum optimum? An fere per sex annorum mil- „lia bonitas eius (sc. mundi) ablata vel imminuta „est? Anne opus summi Dei potest esse, ratione „totius complexus, imperfectum & minus bonum, „quam alius mundus melior & præstantior? Anne „ob pauculas horas, futura nec praeuldens nec re- „cordans, dixit, omnia creata esse optima? Anne „Deum sapientia defecit, ut nequierit ignorauerit- „que præstantissimum fabricare mundum? Num „potentia eum destituit? Num noster intellectus „diuino est perfectior, qui nobis possumus repre- „sentare mundum, meliorem eo, qui est? Anne „optimus potest non perfectissime bona producere „suique obliuisci? Haec Almonius Vtinis, y)

## VIII.

y) Vid. Bibliotheca Bremenensis, Classis VIII. Fasieul. I.

## VIII.

Sequitur, vt commemoremus, quo animo acceperit LEIBNITIUS dissertationem, ab ertissimo BVDDEO sibi muneri transmissam. LEIBNITIO multos annos usus erat Buddeus valde familiariter, amabilissimumque amicitiae notum, literis, vltro citroque dandis, vterque ita constringerat, vt nullis dissensionibus haec iucundissima benevolentiae officiorumque societas dirimi posse videretur. Mirum ergo non est, LEIBNITIUM amantissime humanissimeque ad BVDDEI litteras respondisse eoque ipso demonstrasse, se & sine iracundia refellere, & refelli sine pertinacia patratus esse. En ipsam LEIBNITII, ad BVDDEVM dadam, epistolam!

VIR maxime reverende & celeberrime,

Fautor honoratissime.

**L**egeram iam dissertationem vestram de origine mali, cum eam missu tuo accepi, eoque nomine, & pro humanitatis tuae expressis in praeloquio vestigiis gratias ago. Ceterum, (vt ingenue dicam, quod sentio) saepe attentionem in iuene illo tuo, erudito dissertationis auctore, requiro: nec dubito, quin aliquando ad meliora & maturiora sit aspiraturus. Neque enim videtur satis neruum rei consecutus, & grauissimas difficultates aut praeterit, aut leui brachio tractat, & nullo negotio (scil.) expedit, & sine discussione, tanquam ex tripode, pronunciat, tantum abest, vt suas dubi-

dubitaciones proponere voluisse videatur. Passim etiam dudum solutas a me obiectiones tantum reponit, vt sola responzionum repetitione opus esset. Ego vero optarem occasionem rei altius impiciendae datam.

Sententiam etiam defendit, & nulla argumenti specie comprobatam paene instar fundamenti ponit, de moralitate actionum non ex natura rei, sed sola voluntate legislatoris pendente: quae vti cum meis sententiis plane consistere nequit, nec nisi a superficiaria admodum rerum consideratione nasci potest, ita mihi satis explosa a philosophis & parum apud Theologos comprobata videtur. Quod superest, vale & faue. z)

Quae epistola quamuis idemtidem typis iam sit excusa, gratissimum tamen nonnullis me facturum putau, si eandem, hac in commentatione, in lucem conspectumque proferrem.

## IX.

Cum BVDDEO plures alli mundum optimum euersum ibant, in quibus commemoratur merito DANIEL MICHAELIVS, philosophus Tbingensis, qui, PFAFFIVM contra TVRRETINVM defensurus, dissertationem, multa elaboratam industria, nec nullo coniectam ingenio, A R. G. clo IO CCXVIII. eruditorum subiecit iudicio. aa) In qua quemadmodum existimat, multa

z) Haec epistolam leges in Ludouici historia philosophiae Leibnitianae P. II. p. 482. & in Bibliotheca Bremensi l. cit.

aa) Dissertatione ita inscribitur: examen succinctum dissertationis a IO. ALPH. TVRRETINO scriptae contra CHRIST. MATTH. PFAFFIVM, ubi quaestio discutitur: an contra-

multa alia esse, quae minus in philosophia LEIBNITIANA eruditis possint probari, sic ea maxime, quae ad constabiliendam de mundo optimo doctrinam pertinent, infirmare allaborat. Ex iis enim, quae de mundo optimo tradantur, effici cogique posse, arbitratur, eum mundi statum, qui ex primorum parentum prolapsione culpaque consecutus sit, plus habere pulchritudinis, plus perfectionis, quam habuerit is, qua Adamus summis integritatis sapientiaeque ornamenti, sine macula, sine labe & corruptelis, enitescebat. Hic vero sibi injuriam fieri, clamitant LEIBNITIANI. Hi enim, cum de mundo optimo sermonem faciunt, non tam angustis vocem *manū* limitibus concludi volunt, vt quamlibet mundi partem, aut exiguum quoddam temporis momentum pro ipso mundo habeant, (sic enim nouis temporum vicissitudinibus noui semper efficerentur mundi,) sed vocabuli M V N D I, ex LEIBNITII sententia, ea vis est, ea potestas, vt tota illa rerum, diuinitus conditarum, seque, sapienti quodam ordine & nexu, excipientium, continuatio seriesque ad animum reuocari debeat, si velis M V N D I notionem mente informare. Audi BVLFINGERVM. „Vbi mundum appellauesco, inquit, memineris, intelligi creaturas omnes, simul & successive existentes, vt adeo vniuersalis locorum & temporum, hoc est, rerum finitarum omnino omnium, collectio ea voce comprehendiatur. Item: si alterum innuit, hoc sensu periodum

contradictoria credi possint in materia grauissima de rati atque substantiali praesentia corporis Christi in sacra coena. Tbing. 1718. in 4to 8<sup>1</sup>. pl. gg.

„odum, qua condita sit haec rerum vniuersitas;  
 „primum fuisse optimam, non esse illam,  
 „quam hodie lugentes viuimus; vide, num  
 „inde plus inferre liceat, quam hoc, eiusdem mun-  
 „di periodum vnam in aliqua vniuersi parte spe-  
 „ctatam, esse altera meliorem, integrum illam & sce-  
 „ris puram, contaminatam hanc & maculis con-  
 „spersam lamentabilibus? Atque Leibnitius, ubi  
 „mundum loquitur, *vniuersum* cogitat, non partes  
 „eius segreges, omnia, non singula. Sit igitur in  
 „hoc mundo altera pars, & periodus altera, et si de  
 „illo plurima admoneri possint, ut caute iudices:  
 „Non sequitur ea propter, & alium mundum posse  
 „nostro meliorem esse. Sed, nisi hoc subtineas, ful-  
 „cra sententiae non subrues. Haec BVLFINGE  
 „RVS. bb) Non ergo doctissimus MAICHE-  
 „LIVS, ex Leibnitii mente, aliorumque, qui in  
 ipsius concedunt sententiam, ea diuisa & quasi dis-  
 cerpta considerare debuisset, de quibus, nisi con-  
 texas extrema cum primis, vere existimari non po-  
 test, nec fas erat quae natura cohaerent, & nexus  
 quodam continens opus constituunt, ea distrahere opi-  
 nione ac dirimere.

## X.

Mortuo LEIBNITIO, lis de mundo opti-  
 mo consopita fere, iraeque omnes, quas commoue-  
 rat Theodicaea, pace & otio consedisse videbantur.  
 Cum vero CHRISTIANVS WOLFIUS,  
 philosophorum nostra aetate facile princeps, anno  
 huius saeculi nono & decimo, meditationes de Deo,  
 anima,

bb) In tract. de origine & permissione mali 1724. edit. p. 23. 24.

anima, & mundo, ederet, easdemque, duce ratione, ita concinnaret, vt non omnino nulla, per Leibnitii scriptiones sine ordine sparsa, artificiose digereret, & apto quodam ac faciliter sententiarum nexu, proponeret, subito efferebant se eruditissimi viri, & ad renouandum bellum reuiscabant. WOLFIUS enim, cum, sapientiam diuinam, negaret, posse quemquam defendere, nisi idem, hunc mundum esse optimum, contenderet, ea fere omnia, quae LEIBNITIUS de mundo optimo praecepit, sua esse voluit cc), & cum ceteris, quas dilucide explicauit, doctrinis ita connexuit, vt, si mundum optimum ex WOLFI tollas scriptis, aptus ille & elegans vniuersae philosophiae contextus diuellatur. In quo quamuis WOLFIUS hoc minus peccasse videatur nonnullis, quod, sublato mundo optimo, Deus a se ipse discordare putandus sit, fuere tamen, qui, eum hac mundi optimi assertione, tanquam macula, doctrinae suae corpus deformasse, sunt opinati. Id, quod non possunt ignorare ii, quibus perspexisse contigit

cc) Constat inter eruditos, Wolfium in Metaphysica Germanica mundum optimum omni animi intentione propugnandum suscepisse. Unter unzähligen Welten, inquit, die möglich sind, hat Gott nur eine erwählt und den andern vorgezogen, daß sie die Würlichkeit erreicht. Und hieraus erhellte zugleich, daß die gegenwärtige unter allen die Beste ist. Denn wir nennen die Beste, darinnen die größte Vollkommenheit anzutreffen. Wäre eine bessere, als diese, möglich gewesen, so hätte es nicht geschehen können, daß er die unvollkommene ihr vorgezogen hätte. Denn wo man das Unvollkommene dem Vollkommenen vorziehet, geschiehet es aus Unwissenheit, weil sonst kein zureichender Grund vorhanden wäre, warum es geschähe, wosfern es mit Wissen geschehen sollte. Da nun Gott alle mögliche Welten auf das deutlichste kennt, so kann er die Geringere der Bessern aus Unwissenheit nicht vorziehen. Conf. Wolfi Metaphys. Germ. theol. Natur. in 4.

tigit scripta, quae eruditii quidam & summi viri contra  
WOLFIVM ediderunt.

## XI.

Non intereat nostra, conquerere hic omnia & adferre, quae WOLFII vel amici, vel inimici, in libellis tuis, breuiter nonnunquam, & tanquam intranscurru, de mundo optimo sunt commentati. Eos in conspectum lucemque proferemus, qui in scriptis suis id egistè videntur vnice, ut optimum mundum aut stabilient, aut destruerent eum, funditusque subuerterent. In Academia Tubingensi C H R I S T I A N V S E B E R H A R D V S W E I S M A N N V S, magni nominis Theologus. Anno clo lo ccxxii, commentationem Theologicam de prouidentia Dei contra malum edidit, in quo vir eruditissimus omnes adhibuit machinas, ad disii ienda & labefactanda munimenta, quibus LEIBNITIVS non minus, quam WOLFIVS doctrinam de mundo optimo lepsit & fixavit. Satis, fateor, acute, fatisque subtiliter disputat contra mundum optimum, cuius dum fundamenta conueilete allaborat, id agit, ut manifestum faciat, cuiusenterque demonstret, cum mundo optimo omnem diuini Numinis corruiere libertatem. Ceteros praetereo icopios, ad quos offendere omnes eos, putat WEISMANNVS, qui in mundo optimo defendendo sunt occupati.

## XII.

Causam L E I B N I T I I, mundique optimi, ab eo atterti, praecclare egit GEORGIVS BERN-

Aa

HAR-

HARDVS BVLFINGERVS, in academia Tübingeri Doctor Theologus, de re sacra & philosophiae incrementis meritissimus. Hic anno CLOCCXXIV. commentationem philosophicam edidit de origine & permissione mali, in qua id omne, quod LIBINTIVS de mali origine & mundo optimo protulit, tam copiose expositum legimus, ut facile pateat, BVLFINGERVM nihil fecisse reliqui, quod ad defendendum mundum optimum pertineat. Eruditorum plausus prouocauit ingenii BVLFINGERIANI foetus, nec dubium est, quin omnibus meliorum literarum cultoribus mirifice se esset probaturus, si, quae acute cogitat BVLFINGERVS, ea perspicuo, ornato, nec nimis sicco exsanguique dicendi genere exprimeret. Sunt enim nonnulli tam delicati, & fastidii pleni, ut, quod non terfe completeque scriptum est, id respuant prorsus, & abiciant, orationem, quae non aurium morigeratur voluptati, sordidam, elumbem, & strigosam arbitrati. Solide quoque, & quodam idonearum rationum robore tuitus est BVLFINGERVS mundum optimum in dilucidationibus, quas scripsit, philosophicis de DEO, anima, & mundo. In his enim quemadmodum WOLFII methaphysicam est copiose interpretatus, sic omnia conquirit, summaque cura & studio adfert argumenta, quibus, quicquid traditur a WOLFI O de mundo optimo, posse communiri. dd)

## XIII.

dd) Conf. diluc. §. 344.

## XIII.

Nous nunc mundi optimi propugnator nobis commemorandus est, qui, ascito ALMONII VTINIS nomine, elegantem commentationem, c. I. 1725. Bibliothecae Bremensi inferendam curauit, in qua, quae a LEIBNITIO & WOLFIO de mundo optimo obscurius dicta videri poterant, enodate explicat, ambigua definit, & incerta iis corroborat rationibus, quae philosopho sunt dignae. Diu multumque fuit disputatum, quis scriptoris huius esset auctor, & alii alium, sub ALMONII VTINIS nomine delitescere, arbitrabantur. Fuere, qui coniectando sibi assecuti videbantur, hoc ALMONII VTINIS integumento ad occultandum nomen suum usum fuisse IO. CHRISTOPHORVM HARENBERGERVM. ee) Non multum labore de nomine, (neque enim lectoris semper interest, scire, quis scripsit, sed quid scriptum sit,) id tamen vere affirmare posse videor, mundum optimum HARENBERGERO nec doctiorem, nec modestiorem, defensorem potuisse nancisci. Idem, occultato licet nomine, edidit c. I. 1726. pereruditam commentationem, de DEO, mundo & homine, atque fato, in qua sic defendit mundum optimum, ut neminem, qui contra sentit, laedat, sic rationibus firmat, quae dicit, vt lectori, vel invito, assensionem extorquere videatur. Vnicum, quod, pro stabiliendo mundo optimo, adhibuit, adferam, ar-

A a 2 gumen-

ee) Conf: Moseri Beytrag zu einem Lexico der jetztlebenden Lutherischen und reformirten Gottes=Gelehrten in Deutschland, Part. I. p. 261.

gumentum, in quo num insit vis aliqua aut pondus, ipse Lector, iudicabis. „Addo, inquit, Deum, si hic mundus non est optimus, vel non potuisse, vel noluisse optimum condere mundum. Si non potuit, tum obstitit ei impedimentum vel internum, vel externum: *illud*, quod eum compulit, vnicantum ratione, eaque imperfectori, agere: *boc*, quod ei extrinsecus obstitit ineluctabili modo & potentia insuperabili, melius quiddam creare. *Illud* ortum fuisse deberet vel ex ignorantia, & sapientiae & intelligentiae summae defectu, vel ex inuidia: *boc* ex substantia, quae DEO fuisset potentior. At utrumque libertati & intellectui diuino plane non conuenit. Ratum igitur manet, mundum hunc esse optimum, seu, ut cum illustri WOLFIO loquar, fini, a Deo intento, nempe illustrande gloriae suae conuenientissimum. ff),“

## XIV.

Quam solide HARENBERGERS, aut quisquis auctor commentationum, quas adduximus, fuerit, mundum optimum defendera, tam vehementer impugnabat mundi perfectionem I.O. L.I.B.O.R. ZIMMERMANNS, qui, pietatis & eruditionis laude inclutus, cum in Lenensi academia, vbi philosophiam docebat, tum in Hallensi, vbi, Professoris Theologiae multe ac nomine cohonestatus, rerum diuinorum intelligentiam iuuentuti tradebat, aequis rerum existimatoribus & eruditissimo cuique diligentiam suam, dexteritatem, fidem,

&amp;

ft) Conf. p. 55.

& exquisitam scientiam mirifice comprobauit. Hic ZIMMERMANVS Ienae c1o Ic cxxv. dissertationem de existentis mundi imperfectione conicribebat, conscriptamque, in eruditorum confessu, tuebatur. Vel me non monente, intelligis, lector, scriptiōnē hanc ad L E I B N I T I V M W O L F I V M que confutandos spectare, in eoque versari vñice, vt mundum optimum, conuulsis eiusdem fundamentis, demoliatur & evanescat. „Cum imperfecta, inquit, inter res creatas illa omnia dicantur, quae, ad finem consequendum suum parum idoneis instructa donis sunt, etiam nostro orbi perfectio, propter malum, quod in illo est, iure meritoque denegatur. Malum namque illud ipsum est, quod intentioni Numinis scopoque mundi e diametro repugnat. Dum vero D E V S, ceu ens sapientissimum ac benignissimum, non possit non optima quaeque velle atque diligere, orbis hicce, quatenus malum continet, non potest eum agnoscere conditorem. Tantum itaque abest, vt hunc mundum optimum perfectumque praedicemus, quod a Deo sit conditus, vt potius negandum sit, quoniam mala innumera defectusque maximi in illo obseruantur. gg) Haec tenus Z I M M E R M A N N V S, qui argumentorum multitudine, nescio, an gravitate etiam ac pondere, contra par nobile Philosophorum, W O L F I V M L E I B N I T I V M que fortiter satis animoseque depugnat.

## XV.

Non praetereundus hic est I O. G E O R G W A L C H I V S, Theologus, & muneris, quo fungitur, dignitate, & vitae sanctimonia, & meritorum denique amplitudine maxime reuerendus, qui, mundum optimum, quem ingenii LEIBNITIANI vbertas ac lepos coagmentauerit, negat, esse eiusmodi, quin destrui possit & dissolui. In Lexico enim philosophico, quod c l o I o c c x x v i . cum eruditis communicauit, adfert nonnulla, quae eo spectant, vt manifestum fiat, plenam esse scopulorum, plenam difficultatis opinionem Leibnianam. hh)

## XVI.

Anno huius saeculi octauo & vicesimo principia philosophiae Leibnitianae, more geometrico demonstrata, in lucem proferebat M I C H A E L G O T T L I E B H A N S C H I V S, Doctor Theologus, quibus subiungebat positiones quasdam de mundi existentis perfectione, suis munitas rationibus, argumentisque roboratas. Eodem anno ISRAEL THEOPHILVS C A N T Z I V S, philosophus Tubingensis, librum, qui in omnium est manibus, de usu philosophiae Leibnitianae ac Wolfianae in Theologia, conficiebat, lucique exponebat publicae. In quo, cum alia plura recentioris philosophiae placita, tum positiones de mundo optimo distincte explicauit, eorumque, qui

hh) Vid. Artic. Böse & Welt.

qui mundi negant perfectionem, dubitationes repulit & confutauit. ii)

## XVII.

Vehementius agitari coepit post id tempus controuersia de mundo optimo, quae, latissime disseminata ingenia mire exercuit, eruditosque ad comp'ures commentationes conficiendas inuitauit. An. clo Io ccxxxiv. Vitembergae in concionem prodibat. I O. C H R I S T O P H O R V S A M M O N , Philosophiae Magister, qui dissertationem, ab se confessam, de *obligatione hominis naturali ad statuendum, hunc mundum omnium possibilium esse optimum*, duce ac moderatore M A R T I N O H A S S E N I O , morum Doctore grauissimo excellentissimo que, defendebat. Non satis hebebat eruditus huius dissertationis auctor, demonstrasse, hunc mundum esse optimum, sed id quoque sibi datum credebat negotii, vt argumentis vinceret necessariis, ipsam rationem quasdam quasi leges nobis imponere, quibus nemo non adstringatur, ac paene cogatur ad credendum, hunc mundum eorum omnium, qui existere potuerint, esse optimum. Quod vero, vbi ipsam legi commentatio-

Aa 4

nem,

- ii) Vid. Vfus philos. Leib. & Wolf. in Theologia Part. I. p. 292. sqq. Omnes dubitationes, quae contra mundum optimum adferuntur, sic discussile videtur nonnullis Cantzius, vt magnam doctrinæ huic lucem assuderit. Leibnitius, inquit Cantzius, (particula enim haec ad mentem Leibnitii intelligendam adduco) Leibnitius ornamentum mundi non in peccato quaerit, sed in eius systematis, quod peccato contaminatum, reliquis perfectionibus, ita, vt, si peccatum impediretur, sistema mutaretur, quod est optimum. Non autem (systema mundi) est optimum. Q V I A est peccato inquinatum, sed id (systema) Q V O D inquinatum peccato, optimum dicitur. p. 299. Digna omnino sunt reliqua, quae legantur ab omnibus qui difficultates, contra mundum optimum motas soluere volunt.

nem, quamvis parcus, quam in re tanti momenti debuerat, factum esse deprehenderim, nullus tamē dubito, AMMONIVM partibus suis esse rectius defuncturam, si, quam promisit, pleniorē de mundo optimo commentationē est editurus. Nihil reperies in hac exercitatione, quod sūmū esse velit Celeberrimus HASSENIVS; euenī, scio, in nonnullis, a WOLFIO dissentire, neque adeo ex eorum esse numero, qui, iura diuina humanaque peruersti, arbitrantur, si quis, sitne hic mundus optimus, dubitare audeat,

### XVIII.

Eodem anno, quo Vitenbergae mundus defendebatur optimus, IO. PETRVS REV SCHIVS, philosphus & Theologus exquisite eleganteque doctus, in Academia Ienensi, &, qui respondentis partibus fungebatur, IACOBI, peculiaj cōita commentarye, sua de mundo optimo cogitata ita communicabant cum eruditis, vt neutri non disceptantium parti satisfacere viderentur. Solide enim, & maximo inuestigandae veritatis studio, disquirebant; quo sensu hic mundus dici possit optimus? Ut montem auctoris distincte perspicias, ad has, quas profert, positiones attendas velim.

I. Mundus hic, quod ad substantias, omnium possibilium optimus est, nec melior a Deo creari potuit.

II. Hic mundus, & quod ad actiones, subiective necessarias, est optimus absolute talis, neque melior exterē potest. Actiones, subiective necessariae, sunt illae, quas a iis quoque physice necessarias vocamus, e. g. solis illuminatio, grauitas corporum, &c.

### III.

III. Hic mundus, cred ad actiones, subiective contingentes, non est optimus absolute talis. Non enim in hoc mundo al hominibus actiones contingentes libere peraguntur, quas Deus per leges suas vult, nec continentur, quas fieri prohibuit.

IV. Hic undus ratione actionum, subiective contingentium, relativa est optimus, optimum enim relatione permittit Deus, non vult absolute.

Quibus q. idem positionibus stabilitis, num omnis de mundo opinio controversia componi possit, ipse, quisquis haec legis, judica.

### XIX.

Ea est plenaria eruditarum contentionum ratio, ut cum longius erat, nec habent, ubi consistant, ab iis omnes, qui bene mentem amant, fastidio & satietate abalienentur, praecepsque optent, &, quae alitur pace, tranquillitate. At litis de optimo mundo, latissime licet contiguata, tantum aberat ut pertaesum esset nonnullos eruditos, ut potius, redintegrato bello, quidam, ex Theologorum ordine, tanquam noui dices essent in armis, totis viribus tamancipitis praelii discrimen adituri, Recruduit icilicet pugna, cum vir summe Reuerendus I O. G E O R G. P A L M I V S, sacerdos Hamburgenis, liberum emitteret, in quo omnes illos sequera atque yehementi objurgatione excipit, ne dicam, insle latetur, qui, vel WOLFIO, vel philosophiae, novo habitu, nouaque forma ab ipso in lucem productae, se fovere, confitentur. kk) Quid PAL-

A a 5

MIVM

kk) Scriptum, quod Palmius contra Wolfianos, & maxime venerabilium eorum edidit ita prescribitur: Abhandlung von der Unschuld Gottes bei Zulassung des Bösen, und dem Fall unserer ersten Eltern. In einem Sendschreiben an einen Unbenannten verfasst. Hamburg, 1736.

MIVM ad hunc librum edendum induxerit, paucis accipe. Perscriptae erant ad ipsum litterae ab homine, nescio quo, reticuerat enim nomen suum, a tali certe, qualem non facile quisquam, nisi Athorum patronus, laudauerit. Harum literarum, quas, dubium est, ipsene sinxerit Palmius, an serio quis ad illum & ex animo scipserit, argumentum & sententia venenum quasi quoddam erat, quo infecti sunt ut imbutique, qui eo progrediuntur impudentiae, vt, Deum esse, negent, rideantque illos, qui, nihil rerum humanarum, sine DEI immortalis nomine ac consilio agi, aut gestum vnam quam esse & prouisum, affirmant. Dubitationum plena erat epistola, plena contumeliosissime dictorum, quae, in diuinum Numen nefarie proiecta, eo spectare videbantur, vt naturam vimque diuinam tollerent. Hac ergo hominis, in re seria ludentis, procacitate permotus PALMIVS, diuulgabat, quem adduxi, librum, in quo, incisis dubitationum nervis, sic Athorum calumnias obtruit & contudit, vt simul in caussas inquisuerit, ex quibus tam effraenata de rebus diuinis dubitandi, easdemque illudendi lubido dignatur. Hic in ea, quae recentius de mundo optimo sunt disputata, incidit, nec omnino nullum Atheismi praesidium, quod ipse fateatur epistola auctor, in mundi perfectione, quam lactent tanto-pere nonnulli, reperiri, existimat. Varia sunt, nec contemnenda prorsus, quae PALMIVS ad euertendum mundum optimum adfert, in quibus tamen

De hoc libro vid. die Hamburgischen Berichte von gelehrt Sachen. Anni 1736. num. 95. & Ludouici Historia philosophiae Wolfsanae Tom. II. p. 611.

tamen cum nonnulla occurrant, quae sale, nimis acri, peripsa, excitarunt offensiunculas, factum est, ut res abierit in disceptationem.

## XX.

IO. GVSTAV. REINBECKIVS, qui Berolini sacra procurat, cum, lecto scripto PALMIANO, tela coniici in se & intorqueri, animaduerteret, non committendum putabat, ut aduersarii viribus fractus videretur & abiectus. Quin potius, suae consulturis famae, cI o I o c c x x v i i . libellum 11) prodire iussit, in quo, inconsulte ac temere aduersus te, pugnari, ostendit, summa conni-  
sus ope, ut omnem criminis maculam detergat, mundumque optimum, concussa secus sentientium licentia, stabiliat, & a criminationibus defendat. Placuit hoc scriptum compluribus, vti REINBECKIANA omnia, nec pauci fuerunt, qui mundo optimo tam doctum, tamque peritum defensorem gratularentur.

## XXI.

Cepit haec controuersia incrementa, latiusque serpsit, cum ephemeridibus litetariis Hamburgensis-  
bus nonnullae infererentur epistolae mm) in quarum altera multo id agitur studio, ut REINBECKII,  
quam

11) Commentatio, qua Reinbeckius respondit Palimio, hoc ti-  
tulo circumfertur; Beantwortung der Einfürfe, welche ihm in einer ohnlangst herausgekommenen Schrift: Ab-  
handlung von der Unschuld Gottes rc. sind gemacht wor-  
den, worin zugleich diese wichtige Lehre nebst der Frage,  
ob diese Welt die beste sei? in ihr gehöriges Licht gesetzt  
wird. Berlin, 1737. in 8.

mm) Has epist. las inuenis in den Hamburgischen Verichten num. 17. & 26. Anni 1737. Accessit tertia, quae sub cen-  
sum vocavit duas ilias. Hamburgensis Ephemeridibus in-  
sertas. Reperitur haec itidem in praefatione harum E-  
phemeridum.

quam de mundo optimo malique permissione protulerat, sententiae nouum addatur firmamentum, altero vero PALMIVM defendit, ac propemodum mundo optimo funus videtur indicere,

## XXII.

Eodem, quo haec omnia peragebantur, anno VAL. ERNESTVS LOESCHERVS, quem multo eruditissimum Theologum nostram tulisse aetatem, vere videor posse contendere, C I O I O C C X V I , ab eorum, qui mundum optimum defendunt, iudicio sententiisque se dissentire, significabat nn ), & in contrarium accinctus, affirmabat, compluribus iisque maximi momenti, & utilissimis, veritatibus, concessò mundo optimo, vim inferri, quin ipsam etiam Theologum doctrinam, solatii plenam, de vita aeterna, labefactari. Quicquid Vir summe reuerendus profert, id omnè est eiusmodi, ut dubitari fere queat, conueniatne magis mirari tanti VIRI in confutando modestiam & humanitatem, an limitissimi iudicii angelicæ, & exquisitissimam cum diuinarum rerum, tum philosophiae profundioris intelligentiam,

## XXIII.

LOESCHERI vestigia persecutus venerandus ZEIBICHIVS, Theologus Vitembergensis, aut potius, praeside ZEIBICHIO, IMMAN. ERNESTVS HAHNIVS, ordinis philosopho-

nn ) Factum hoc est in den fröh-aufgelesenen Früchten der theologischen Sammlung von Alten und Neuen, im 5. Druckel des 3ten Beytrags auf das Jahr 1736. Titulus huius commentationis contra mundum op. ipsum hic est: Quo ruitis? Fünftes pensum, oder Vorstellung des Schadens, so aus der Lehre von der philosophischen besten Welt entsteht.

phorum in academia Vitembergensi quondam aſſeſſor, nunc Dresdae ſacerdos, & verbi diuini in-terpres, mundum optimum, peculiari edita diſſer-tatione, c10 c10 ccxxxvii, oo) impugnabat, non niſi ſacrarum literarum fultus adminiculis. Boni-tatem enim mundi biblicam diſputabat doctiſſiſmuſ HAHNIVS, cogitata ſua hiſ tribuſ poſitionibuſ complexuſ.

I. Mundum a DEO trinuno creatum, a primo creationis tempore, omni bonitate gauſum, immo optimum fuſſe, tam ex ſacris literiſ, quam ex ra-ziōne, probari potest.

II. Mundus autem iſte optimus, ſucessu tem-poriſ, per peccatum, permittente DEO, pefſimus factuſ eſt.

III. Hinc, tam ſacriſ litteriſ, quam experienziae con-tradicunt, qui mundum hunc, ſine vlla reſtrictiōne aut limitatione, & adhuc vocant optimum.

#### XXIV.

Nouum iam mündi optimi propugnatorem in ſcenam produco, qui anno c10 c10 ccxxxvii, ſcripto quodam foras edito, non obſcure, non ambi-guoſ & ſimulanter, ſed aperte libereque declarabat, nihil eſſe vel ſapienția diuina, vel bonitate in-di-gnius, quam mundum negare optimum, cuius de-fenſio mirum quantum gloriae diuini Numinis em-plificandae ſit accommodata. Erat iſ I O. M I-CHAE L HERBART, Lycei Oldenburgensis Rector, compluribus, nitide eleganterque confe-ctis,

oo) Diſſertatio inſcripta eſt de bonitate mundi biblica. Vid. Die Anſzüge aus denen theologiſch - philoſophiſch - und philologiſchen Diſputationibuſ Anni 1738. p. 124.

Eis, commentationibus nobilitatus. pp.) Hic positiones nonnullas, ex WOLFII de promtas philosophia, & ab aliis impugnatas explosasque, non modo defendebat, sed iisdem quoque gloriam DEI mirifice illustrari amplificarique, commonstrabat.

## XXV.

Quod idem sibi faciendum putabat GEORGIVS FRIDERICVS MOELLERVS, Aduoc. Iud. Reg. Camer. Berol. qui, a BERTRAMI incusationibus REINBECKIVM defensurus, eam confutandi rationem inibat, vt ostenderet, sublato mundo optimo, tolli utilissimas quaque veritates, totamque philosophiam hoc modo secum pugnare. qq.)

## XXVI.

Redeo ad MICHAELM HENRICVM REINHARDVM, quem supra iam adduxi. Hic, de ipsis incunabulis doctrinae de mundo optime perquirendis sollicitus, fontes Leibnitianaæ opinio-nis in Stoicorum philosophia sibi inuenisse visus est. Sunt, in quibus LEIBNITIVS cum Stoicis conuenit, sunt alia, in quibus ab ipsis discrepat. Eleganter haec omnia monstrat REINHARDVS, qui

pp.) Totum scriptum Herbartianum insignitur: Kurzer Erweis, daß die Säze der neuen Philosophie zur Verherrlichung Gottes gereichen. Quam commentationem inserendam curauit Ludouici collectioni scriptorum Eristico-rum Wolfianorum, Tom. I. p. 137.

qq.) Scripti Molleriani est hic index: Beweis, daß aus dem Satz: Diese Welt ist nicht die beste: Lauter absurd richtig fliessen.

qui acute obseruat, quid recte factum sit in controver-  
sia LEIBNITANA, quidue secus. rr)

## XXVII.

Vitembergae clo Is ccc xxxviiii, positiones non-nullae edebantur a venerando Theologo IO. GEOR-  
GIO ABICHTIO, qui hoc anno supremum diem  
obiit. ss) Harum fere quaelibet eo spectat, vt Leibniti-  
i Wolfiique placita refellat. Mundus quoque optimus  
ab eo impugnatur, quem, parum abest, quin doctissi-  
mus Vir inter Leibnitiani ingenii commenta referat, li-  
bertatique diuinae inimicum dicat.

## XXVIII.

Vide, lector, quam dissone sint voces disce-  
ptantium de mundo optimo, quorum animi valde  
dubito, an conciliari ita inter se possint & coniungi,  
vt, positis dissensionibus, in amicum quendam  
consensum coalescant. Nuper tamen edita est dis-  
sertatio Ienae, in qua id operam dat auctor, vt litem  
de mundo optimo ita componat, vt utriusque disce-  
ptantium parti fiat satis. tt) Perraro accedit, vt  
eruditi, contentione distracti, in pristinam redu-  
cantur concordiam, cum neutra litigantium pars  
errasse videri velit. Habeo ergo, cur verear, ne  
aucto-

rr) De Reinhardi programmata, quod inscribitur: *De mundo eprimo*, praesertim ex Stoicorum mente, vid. die Auszü-  
ge aus den Theologisch-philosophisch- und philologi-  
schen disputationibus, Anno 1738. p. 180.

ss) Abichtii schedion hoc nomine editum est: *Praelectiones de creatione mundi, in quibus quaedam Leibnitii, & alia-  
rum opiniones examinantur, editae &c.*

tt) Dissertatio huius anonymi ita nominatur: lis de mundo  
optimo ita decisa, vt utriusque parti litigantium satiat:  
clo Is cccccx, Ienae.

auctoris, philosophos de concilianda pace monentis, abor, eluso irrito conatu, frustra sit insuntus.

## XXIX.

Id contra putat I O. C H R I S T I A N V S C O R V I N V S, philosophiae Magister, in academia Ienensi, nuper immatura morte rebus humana-  
nis interceptus, qui c. l. ccxxxix. dissertationem, ex cathedra publica defendit, qua, nunquam minus, quam in rei optimae electione, corruere libertatem diuinam, affirmat.

## XXX.

Possim de scripto satyrico nonnulla addere, quod nuper admodum personatus ille *prior* in lucem protulit, quodque est ita correctum, ut probet, alios, eosque maximae existimationis, Theologos iam dudum de mundo optimo ea sensisse, literis que prodidisse, quae in Leibnitio Wolfioque tanto-  
pere dominantur & exploduntur. Optandum vero erat, vt auctor huius scriptionis non nimis indul-  
sisset ingenio, nec scriptum, & acri sale, & mordaci-  
bus dicterioris perspersisset.

## XXXI.

Haec fere sunt, quibus, putaui, historiam do-  
ctrinae, recentius controviciae de mundo optimo,  
contueri. Copiosius mult. secter, eruditiusque dis-  
putari potuissent, quae pars nonnunquam, & ve-  
lut in transcursu, attig. Sed instituti mei ratio po-  
stulare videbatur, vt non nisi prius historiae,  
verbosius describendae, linea s ducerem.



## INDEX



# INDEX I.

## DEFINITIONVM.

A.	Aequalia	72
<b>A</b> bsens pag. 117	Aequus in interpretando	54
Abstrahere 127	Aerarium publicum	200
Academiae 198	Aeternitas	164
- - scientiarum 198	Aeternum	164
Accidens (praedicamenta- le) 92	Aether	202
Accidentia 13	Affectiones entis	65
- - intrinseca 92	Affectus	139
Acquiescentia in se ipso 142	- - iucundi	139
Acquiri 131	- - molesti	140
Actio 89	- - mixti	140
- - bona vel honesta 169	Affirmare	23
- - contraria 107	Agere difficulter	131
- - composita 90	Aliquid	61
- - in distans 108	Amicus	188
- - libera 169	Amor	140
- - mala s. turpis 169	Analysis notionum	130
- - moraliter bona 172	Anima	114
mala 172	- - illuminatur	115
- - naturalis 169	- - intuetur ideam vniuersi	
- - simplex 90	150	
- - spontanea 148	- - physice influit in corpus	153
Actionum intrinseca hone- stas 170	Animae facultates	115
moralitas, ib.	- - libertas	148
turpitudo 170	- - lumen	115
Actus reflexi 127	Animositas	144
Acumen, (Schärfsinnigkeit)	= - (Herzhastigkeit)	186
129	Annihilari	82
Adiuncta 89	Antecedens	37
Adoratio 188	Antiquum	93
Adulterium 194	Appellatio	199
Aedificia publica 198	Apperceptio mentis	114
	Appetitus	138
	B b	
	Appre-	

# INDEX.

<b>A</b>			
Appetitus fortis	147	Beneficiorum immemor	189
· · · rationalis	145	Blasphemia	187
· · · sensitivus	139	Bonitas, s. benignitas	163
<b>Argumentum, ab inuidia du-</b>		Bonum	138
<b>cum</b>	57	· · · apparens	138
<b>Aristocratio</b>	197	· · · interium	138
<b>Arrogantia (Hochmuth)</b>	186	· · · summum	174
<b>Ars</b>	183	· · · verum	138
<b>Ars characteristicā</b>	128	Botanica	6
· · · combinatoria	128	Botanologia	7
· · · experimentandi	133	Btuta imperfectiora	158
· · · inueniendi	6	· · · perfectiora	158
· · · generalis	134	<b>C.</b>	
· · · specialis	134	<b>Calculus in genera</b>	128
· · · obseruandi	133	Calor	202
· · · mnemonica, s. ars		Calumnia	186
memoriae	124	Castitas	194
<b>Artificia heuristica</b>	133	Catus purus	101
<b>Artificium memoriae</b>	124	Cauſa	95
<b>Ascitas</b>	164	· · · administrans	96
<b>Affumere</b>	36	· · · efficiens immediata	96
<b>Atomus materialis</b>	103	· · · mediata	96
· · · naturae	103	· · · instrumentalis	95
<b>Attentio</b>	126	· · · principalis	95
<b>Attributā</b>	13	· · · solitaria	95
<b>Auaritia</b>	184	· · · formalis, s. forma	98
<b>Auersatio in genere</b>	139	· · · impulsuā interia	97
· · · rationalis s. nolu-		· · · insufficiens	96
tas	145	· · · socia auxiliaris	96
· · · sensitiva	139	· · · sufficiens	96
<b>Audacia (Verüegenheit)</b>	187	<b>Cauſatæ efficiētes eiusdem</b>	
<b>Augeri</b>	73	ordinis	96
<b>Audacia, (sufficientia Ver-</b>		· · · impulsuæ	97
gnüglichkeit)	158	· · · occasioнаles	154
<b>Axioma</b>	27	· · · sociae	96
		· · · subordinatae	ibid.
		<b>Cauſalitas</b>	95
		<b>Cauſatum</b>	95
		<b>Celeri.</b>	
<b>B</b>			
<b>Beatitudo</b>	175		
<b>Bellum</b>	190		

## DEFINITIONVM.

<b>Celeritas</b>	87	<b>Concubinatus</b>	193
<b>Censura, s. vituperatio</b>	186	<b>Conflictus corporum</b>	108
<b>Ceremoniae</b>	180	<b>Confrontatio</b>	200
<b>Circulatio sanguinis</b>	203	<b>Confusio (Unordnung)</b>	77
<b>Circulus in definiendo</b>	22	<b>Congruentia</b>	74
----- demonstrando	53	<b>Connecti</b>	99
<b>Coexistentialia</b>	84	<b>Connubium, rationis &amp; experientiae</b>	136
<b>Cogitare</b>	114	<b>Conscientia</b>	175
<b>Cogitatio</b>	114	----- antecedens	176
<b>Cognitio</b>	116	----- certa	176
----- historica	1	----- completa	177
----- intuitiva	128	----- consequens	176
----- mathematica	1	----- dubia	176
----- mortua	180	----- erronea	175
----- particularis	129	----- euigilat	179
----- philosophica	1	----- libera	177
----- singularis	129	----- practica	177
----- symbolica	128	----- practice - practica	
----- viua	180	----- ein überwiegendes Ges	
----- vniuersalis	129	----- wissen	177
<b>Cognoscere aliquid</b>	116	<b>Conscientia practice - practica completa (ein wichtiges)</b>	
<b>Cognoscere a posteriori</b>	132	----- probabilis	176
----- priori	132	----- recta	175
----- intuitive	128	----- serua	177
<b>Cohaesio corporum</b>	107	----- theoretica	176
<b>Cohaerere firmius</b>	107	----- theoretice-practica	
<b>Cohaerere inter se</b>	84		
<b>Comitas</b>	189		
<b>Commisceri</b>	105		
<b>Commiseratio</b>	141		
<b>Communio bonorum</b>	190	<b>Conscientia accusatio</b>	178
<b>Compilator</b>	53	----- custodia	179
<b>Compositiophantasmatum</b>	121	----- excusatio	178
<b>Compositum dividibile</b>	87	----- inquietudo	179
<b>Comprehensibile</b>	164	----- morbus	178
<b>Concauffae</b>	95	----- scrupulus	176
<b>Conceptibile</b>	45	----- somnus	179
<b>Conclusio</b>	33	----- tranquillitas	178
		<b>Conscientiam sopire</b>	179
		B b a	
			Cor.

# INDEX.

Conscientiosus	178	Corpora nobis praesentia	116
Cōnsensus	78		
- - appetitus sensitini rationalis.	146	Corpus	102
- - auersationis rationalis & sensituae	146	- absens	117
Consequens	37	- absolute durum	201
Consequentia	57	- ascendit	109
- immediata	38	- asperum	201
Consequentialii	57	- calidum	202
Conseruatio	167	- crassum	201
Confiliarii	200	- densum	201
Consilium dare	168	- descendit	109
Consultatio	166	- durum	201
Consultatio, s. consilium Dei	166	- absolute	201
Consuetudo agendi	147	- perfecte	111
Contemtus aliorum	189	- elasticum	210
- sui	186	- fluidum	202
Contigua	84	- frigidum	202
Continuum, compositum	83	- gyratur	109
Contestationes	192	- impellit alterum	108
Contingens	70	- impetum habet	111
Contra conscientiam agere	179	- impingit in alterum	108
Contraactus	193	- incurrit in alterum	108
Contradicere	60	- directe	108
Contradictio	60	- leue	201
Contra naturae ordinem fit	113	- mixtum	106
Contra rationem esse	165	- molle	111. & 202
Conuersa	29	- nostrum	116
Gonuicia	186	- occurrit alteri	108
Gonuincere	55	- organicum	106
Copula	23	- compositum	107
Corollaria	28	- simplex	107
Corpora	102	- porosum	201
- directe sibi mutuo occurunt	108	- praefens	117
		- progreditur	109
		- rarum	201
		- retrogreditur	109
		Cörper	

# DEFINITIONVM

<b>Corpus rotundum volutatur</b>	<b>Defectus verus</b>	<b>81</b>
· · · tenuer	110 Defendere se	58
· · · trahitur	201 Definitio	21
· · · truditur	109 · · genetica	22
· · · vehitur	109 · · nominalis	22
<b>Corpuscula</b>	110 · · realis	22
· · · deriuatiua	104 · · rei conuenit	130
· · · mixti	104 Definitum	22
· · · primitiua	106 Deforme	137
<b>Correlata</b>	104 Deformitas	137
<b>Corrumphi</b>	94 Dei bonitas	163
<b>Ceruptibile</b>	156 · · gloria	166, & 187
<b>Cosmologia</b>	156 · · gloriā homo promouet	
· · · generalis experimen-	6	166
tal is	· · · illustrare	187
· · · scientifica	· · · manifestat	Deus
· · · generalis, s. transcen-	· · · gloriae obscuratio	187
dentalis	6 · · infinitas	163
<b>Creatiani</b>	· · · inocatio	188
<b>Creatio</b>	157 · · iustitia perfectissima	
<b>Creator mundi</b>	157	163
<b>Creatura</b>	162 · · maiestas	162
<b>Criterium falsitatis</b>	45 · · omnipotentia	162
· · · veritatis	45 · · omnipraesentia	163
<b>Crudelitas</b>	190 · · omniscientia	161
<b>Cultus Dei externus</b>	188 · · praescientia	ibid.
· · · in genere	188 · · prouidentia	167
· · · internos	188 · · reuerentia	188
<b>Cupiditas</b>	143 · · sanctitas	163
· · · vindictae	145 · · scientia media	161
<b>Cursus naturae</b>	113 · · timor	187
	· · · filialis	188
	· · · veneratio	188
<b>D.</b>		
<b>Damnum</b>	189 <b>Democratia</b>	197
<b>Decretum</b>	166 <b>Demonstratio</b>	44
<b>Dedecus</b>	186 · · apagogica	45
<b>Defectus</b>	76 · · completa	52
· · · apparens	81 · · consummata	52
	<b>B b 3</b>	<b>De-</b>

# INDEX I.

<b>Demonstratio ostensiva s. directa</b>	45	<b>Displacere</b>	<b>137</b>
" " naturalis s. ordinata	50	<b>Dispositio</b>	<b>131</b>
<b>Dendrologia</b>	7	<b>Disputatio</b>	<b>58</b>
<b>Depositum</b>	191	<b>Dissensus</b>	<b>80</b>
<b>Desiderium</b>	144	<b>Dissimilem essentiam habere</b>	<b>67</b>
<b>Desperatio</b>	143	<b>Dissimilia</b>	<b>67</b>
<b>Determinantia</b>	63	<b>Dissimilitudo</b>	<b>68</b>
<b>Determinari</b>	63	<b>Diffusio</b>	<b>168</b>
<b>Determinata</b>	63	<b>Distantia</b>	<b>84</b>
<b>Determinationes</b>	63	<b>Distare a se inuicem</b>	<b>84</b>
<b>Determinationes communes</b>	68	<b>Distinguere respodens dicatur</b>	<b>59</b>
" " constantes	94	<b>Diuersa</b>	<b>66</b>
" " geneticae	68	<b>Diuersam essentiam habere</b>	<b>67</b>
" " propriae	68	<b>Diuina prouidentia</b>	<b>162</b>
" " specificae	68	<b>Diuinus intellectus</b>	<b>161</b>
" " subiecti	25	<b>Docere</b>	<b>59</b>
" " aequivalentes	25	<b>Doctrina solida</b>	<b>132</b>
" " subiecti non aequivalentes, s. diuersae	25	<b>Dogmatici</b>	<b>149</b>
" " variabiles	91	<b>Dolor</b>	<b>137</b>
<b>Determinatum</b>	62	<b>Dominii turbatio</b>	<b>191</b>
<b>Deus</b>	159	<b>Dominium</b>	<b>167</b>
<b>Diastole</b>	204	" " in se ipsum	<b>180</b>
<b>Dictum de omni</b>	35	" " s. possessio	<b>190</b>
" " nullo	35	<b>Dominus</b>	<b>168. &amp; 191</b>
<b>Differentia notionum formalis</b>	14	" " sui ipius	<b>181</b>
" " materialis	18	<b>Domus</b>	<b>197</b>
" " numerica	69	<b>Donare</b>	<b>191</b>
" " specifica	68	<b>Dualistae</b>	<b>149</b>
<b>Dilemma</b>	41	<b>Duellum</b>	<b>198</b>
<b>Dimidium</b>	73	<b>Duplex</b>	<b>73</b>
<b>Directio mobili</b>	102	<b>Durare</b>	<b>85</b>
		<b>Duratio</b>	<b>85</b>
		<b>Dux belli</b>	<b>199</b>

E. Eadens

# DEFINITIONVM.

	<b>E.</b>	<b>Ens successiuūm</b>
<b>E</b> adem	65	- - verū.
<b>E</b> andem essentiām habere	66	- - ultimum
		164
<b>E</b> brietas	184	- - universale
		68
<b>E</b> cstasis	165	- - vnum concurrit ad actum
<b>E</b> ffectus continuus caussae	96	alterius
		167
- - partialis	96	Enthymema
- - plenus	96	Entia externa
- - proximus	97	Enunciabile
- - remotus	97	Enunciare
<b>E</b> goistae	149	Episyllogismus
<b>E</b> leemosyna	191	Epitomator
<b>E</b> leemosynaria	200	Errare
<b>E</b> lementa	103	Ergastula
<b>E</b> missio	191	Essentia
<b>E</b> ns	63	Essentialia
- - actuale	65	Ethica
- - a se	159	Ex A sequitur B per se
- - compositum	82	accidens
- - contingens	71	138
- - dependens	93	Exceptio
- - fictum	64	Existentia, s. actualitas
- - finitum	92	Ex nihilo oriri
- - imaginarium	64	Expectatio casuua similitudinum
- - independens	93	136
- - in potentia proxima	65	Experientia
- - remota	65	Experiri
- - necessarium	71	Extensio
- - omnimode determinat	-	Extensum difforme
- - natum	67	- - uniforme
- - per eminentiam	93	Extra nos nobis repraesentamus
- - permanens	85	102
- - posituum	69	Extrinsicse possibile
- - potentiale	65	<b>F</b> .
- - primum	164	Facere, s. producere ali-
- - priuatuum	69	quid
- - simplex	88	148
		lubenter
		minus lubenter
		148
	B b 4	Facul-

# INDEX I.

<b>Facultas, s. potentia activa</b>		<b>Finis secundarius</b>	<b>97</b>
• . abstrahendi	90	• . ultimus	<b>97</b>
• . audiendi	127	Finitum	<b>92</b>
• . fingendi	118	Foedera	<b>200</b>
• . gustandi	121	Forma	<b>98</b>
• . imaginandi	118	Fornicatio	<b>194</b>
• . olfaciendi	119	Fortuna	<b>162</b>
• . videndi	118	Fraus	<b>193</b>
		Fructus	<b>167</b>
<b>Facultatis appetitiæ pars in-</b>		<b>Frustra facere</b>	<b>166</b>
<b>ferior</b>	<b>139</b>	<b>Fuga mali</b>	<b>143</b>
• . cognoscendi pars in-		<b>Fundamentum relationis</b>	<b>93</b>
<b>ferior</b>	<b>116</b>	<b>Furtum</b>	<b>191</b>
• . , pars supe-			
<b>rior</b>	<b>116</b>		
<b>Falsiloquium</b>	<b>192</b>	<b>Gaudium</b>	<b>140</b>
<b>Falsitas</b>	<b>45</b>	<b>Generositas</b>	<b>190</b>
<b>Fastidium</b>	<b>145</b>	<b>Genus</b>	<b>11</b>
<b>Fastus (Stolz)</b>	<b>189</b>	• . superius	<b>12</b>
<b>Fauor</b>	<b>142</b>	<b>Gestus liberi</b>	<b>181</b>
<b>Felicitas</b>	<b>141. &amp; 175</b>	• . coacti, s. affectati	<b>182</b>
<b>Fides philosophica</b>	<b>48</b>	<b>Gloria</b>	<b>142</b>
<b>Fiducia</b>	<b>143</b>	<b>Gloriae studium</b>	<b>185</b>
<b>Figmentum</b>	<b>ibid.</b>	<b>Gradus</b>	<b>94</b>
<b>Figura</b>	<b>86</b>	• . primus notionis adae-	
• . atomi materialis	<b>103</b>	quatae	<b>17</b>
• . hieroglyphica	<b>122</b>	• . secundus	<b>17</b>
• . imperfecta	<b>37</b>	<b>Grando</b>	<b>203</b>
• . perfecta	<b>36</b>	<b>Gratiarum actio</b>	<b>188</b>
• . prima syllogismorum		<b>Gratitudo</b>	<b>142</b>
	<b>35</b>	<b>Gratus animus erga Deum</b>	
• . secunda	<b>35</b>		<b>188</b>
• . tertia	<b>35</b>	<b>Grauitas</b>	<b>110. &amp; 202</b>
<b>Finis, s. caussa finalis</b>	<b>97</b>	<b>Gubernaatio</b>	<b>167. &amp; 195</b>
• . intermedius	<b>98</b>	<b>Gustus</b>	<b>118</b>
• . principalis	<b>97</b>		
• . optimus	<b>156</b>	<b>H</b> <b>Habitus</b>	<b>132</b>
• . proximus	<b>97</b>	<b>Harmonia</b>	<b>mentis</b>
• . remotus.	<b>97</b>	<b>&amp;</b>	
		<b>corporis</b>	<b>152</b>
		<b>Har-</b>	

# DEFINITIONVM.

<b>Harmonista</b>	155	<b>Imaginatio extenditur</b>	124
<b>Hilaritas</b>	144	- - viuax	134
<b>Historiae artium</b>	50	<b>Imago</b>	150
<b>Historiae in genere</b>	50	- - immaterialis	150
- - naturales	50	- - materialis	150
<b>Historicae veritates</b>	50	<b>Imbecillitas iudicij</b>	151
<b>Historici libri</b>	50	<b>Imber</b>	203
<b>Homagium</b>	199	<b>Imminui</b>	73
<b>Homicidium, casuale</b>	200	<b>Immortalitas animae</b>	158
- - dolosum,	200	<b>Immutabilitas</b>	70
<b>Homines in actionibus suis</b>		<b>Impedimentum</b>	90
dicuntur empirici	136	<b>Impellere</b>	108
<b>Homonyma, s. aequiuoca</b>	32	<b>Imperfectione</b>	80
<b>Homonymia, s. aequiuoca</b>		<b>Imperfecte mixtum</b>	106
<i>tio</i>	32	<b>Impossibile</b>	61
<b>Homonymus, s. aequiuocatus</b>		<b>Impotentia naturalis</b>	174
<i>terminus</i>	32	<b>Impudicus</b>	195
<b>Honestas externa</b>	198	<b>Impugnare</b>	56
<b>Honor</b>	186	<b>Incomprehensibile</b>	164
<b>Horror</b>	144	<b>Inconceptibile</b>	45
<b>Hydrographia</b>	6	<b>Inconnexa</b>	99
<b>Hydrologia</b>	6	<b>Inconscientiosus</b>	178
<b>Hypothesis philosophica</b>	87	<b>Incorrumpibile</b>	156
<b>Humanitas</b>	189	<b>Incuria</b>	185
<b>Humilitas</b>	186	<b>Indeterminatum</b>	62
<i>I.</i>			
<b>Idea, s. notio</b>	10	<b>Indifferentes</b>	139
<b>Ideam reproductam recognoscere</b>	123	<b>Indifferentia exercitii</b>	148
<b>Idéae sensuales</b>	120	<b>Indignatio</b>	145
<b>Idealistæ</b>	149	<b>Individuum</b>	11
<b>Idea materialis</b>	150	<b>Inductio</b>	40
<b>Idea rei, quae percipitur</b>		<i>completa</i>	40
<i>socia</i>	123	<i>incompleta</i>	41
<b>Ignominia</b>	186	<b>Infelicitas</b>	175. & 141
<b>Ignoscere</b>	190	<b>Inferiora</b>	40
<b>Ignoratio elenchi</b>	49	<b>Infinitas</b>	163
<b>Illatio</b>	33	<b>Infinite paruum</b>	93
<b>Imaginatio</b>	119	<b>Infinitum</b>	92
		<b>Infirmitas naturalis</b>	174
		<b>Influxionistæ</b>	154
		<b>B b 5</b>	1a-

<b>Influxus</b>	<b>physicus</b>	<b>in motu</b>	<b>Ius</b>	<b>167</b>
		<b>duorum globulorum,</b>	<b>denominandi</b>	<b>199</b>
<b>Ingeniosus</b>		<b>153</b>	<b>fruendi</b>	<b>167</b>
<b>Ingenium</b>		<b>134</b>	<b>naturae</b>	<b>5</b>
<b>Ingratitudo</b>		<b>134</b>	<b>vtendi</b>	<b>161</b>
<b>Inamicus</b>		<b>189</b>		
<b>Iniquus</b>		<b>189</b>		
<b>Iniquus</b>	<b>in interpretando</b>	<b>55</b>	<b>L</b>	
<b>In nostra potestate est</b>		<b>182</b>	<b>Labores</b>	<b>184</b>
<b>Inobseruabilia</b>		<b>101</b>	<b>Laedere</b>	<b>189</b>
<b>Instans, (quatenus contradic-</b>			<b>Latrecinium</b>	<b>139</b>
<b>stingitur successu)</b>		<b>88</b>	<b>Laudare</b>	<b>185</b>
<b>Instrumentum</b>		<b>95</b>	<b>Laus</b>	<b>185</b>
<b>Intellectus</b>		<b>127</b>	<b>Lautitia</b>	<b>184</b>
- - <b>purus</b>		<b>129</b>	<b>Leges Ciuiiles</b>	<b>199</b>
- - <b>non purus</b>		<b>129</b>	<b>fundamentales</b>	<b>199</b>
- - <b>perfectissimus</b>		<b>156</b>	<b>motus</b>	<b>107</b>
<b>Intellectus profunditas</b>		<b>136</b>	<b>Lex</b>	<b>172</b>
<b>Intemperantia</b>		<b>183</b>	- - <b>appetitus</b>	<b>146</b>
<b>Intenio, s. intensitas</b>		<b>91</b>	- - <b>auerstationis</b>	<b>146</b>
<b>Interire simpliciter</b>		<b>83</b>	- - <b>diuina</b>	<b>172</b>
<b>Interruptum</b>		<b>83</b>	- - <b>humana</b>	<b>172</b>
<b>Intra nos nobis repreaesenta-</b>			- - <b>imaginationis s. phan-</b>	
<b>mus</b>		<b>83</b>	<b>tasmatum</b>	<b>120</b>
<b>Intra rem repreaesentamus</b>		<b>83</b>	<b>Liber dogmaticus</b>	<b>50</b>
<b>Inuidia</b>		<b>141</b>	- - <b>perspicuus</b>	<b>51</b>
<b>Ira</b>		<b>145</b>	- - <b>obscurus</b>	<b>51</b>
<b>Irisio</b>		<b>141</b>	<b>Libertas philosophandi</b>	<b>8</b>
<b>Iubere</b>		<b>168</b>	<b>Libido</b>	<b>194</b>
<b>Judicium</b>		<b>11</b>	<b>Libri dogmatici historici</b>	<b>50</b>
- - <b>affirmatiuum</b>		<b>23</b>	- - <b>scientifici</b>	<b>50</b>
- - <b>determinatum</b>		<b>31</b>	- - <b>historici</b>	<b>50</b>
- - <b>discursiuum</b>		<b>13</b>	<b>Lingua philosophica</b>	<b>129</b>
- - <b>intuitiuum</b>		<b>12</b>	- - <b>vniuersalis</b>	<b>129</b>
- - <b>negatiuum</b>		<b>23</b>	<b>Locatio</b>	<b>191</b>
- - <b>particulare</b>		<b>26</b>	<b>Locus</b>	<b>86</b>
- - <b>singulare</b>		<b>25</b>	<b>Logica</b>	<b>4</b>
<b>Judicium vagum</b>		<b>32</b>	- - <b>artificialis docens</b>	<b>9</b>
- - <b>vniuersale</b>		<b>25</b>	- - <b>vtens</b>	<b>9</b>
<b>juramentum</b>		<b>192</b>	- - <b>naturalis</b>	<b>9</b>
			- - <b>acquisita</b>	<b>9</b>
			<b>Logi-</b>	

# DEFINITIONVM.

<b>L</b> ogica naturalis connata	9	<b>M</b> emoria fallit	125
- . docens	9	- . intellectualis	151
- . vtens	9	- . labilis	125
<b>L</b> ogomachia	57	- . labitur	125
<b>L</b> ubenter facere	148	- . laeditur	151
<b>L</b> udus	196	- . naturalis	124
<b>L</b> umen animae	115	- . sensitiua, s. animalis	
<b>M.</b>			
<b>M</b> achina	100	- . retinere	123
<b>M</b> agistratus	197	- . diu	124
<b>M</b> agnanimitas	190	<b>M</b> emoriae ars	124
<b>M</b> agnitude	73	<b>M</b> emoriae artificium	124
- . determinata	73	- . mandare	123
- . indeterminata	74	- . cito	123
- . perfectionis	81	- . facile	123
<b>M</b> agnum	73	<b>M</b> emoriam habere bonam	
<b>M</b> aiores	196		124
<b>M</b> aius	72	- , magnam	124
<b>M</b> aledicere	192	<b>M</b> endacium	192
<b>M</b> alum	138	<b>M</b> endicus	191
- . exterum	138	<b>M</b> ens percipit	114
- . internum	138	<b>M</b> ensura	74
<b>M</b> alum metaphysicum	164	<b>M</b> ensuratum	74
- . morale	165	<b>M</b> entem alterius intelligere	19
- . physicum	165	<b>M</b> entis apperceptio	114
<b>M</b> ancipium	196	<b>M</b> erces	191
<b>M</b> ansuetudo	190	<b>M</b> eraphysica	6
<b>M</b> assa dissimilares	105	<b>M</b> eteora	203
- . similaris	105	<b>M</b> eteorologia	6
<b>M</b> asticatio	203	<b>M</b> ethodi phil. lex suprema	8
<b>M</b> ateria	98	<b>M</b> ethodus analytica	53
<b>M</b> ateria	102	- . mathematica	7
- . circa quam	98	- . mixta	53
<b>M</b> aterialistae	149	- . philosophica	7
<b>M</b> edium	97	- . synthetica	53
<b>M</b> eminiſſe rei	125	<b>M</b> eticulositas	187
- . non	126	<b>M</b> etiri magnitudinem	73
<b>M</b> emoria	123	<b>M</b> etus	143
- . acquisita	124	Me-	

# INDEX.

<b>Metus seruilis</b>	187	<b>Mundus</b>	100
<b>Minorennes</b>	196	- aspectabilis	100
<b>Minus</b>	72	<b>Mutabilitas</b>	70
- libenter facere	149	<b>Mutuum adiutorium</b>	195
<b>Miraculum</b>	112	<b>Mysterium</b>	165
<b>Miscibilia</b>	105	<b>N.</b>	
<b>Miscentur duae materiae</b>	105	<b>Natura</b>	102
- A & B	105	- nobis inest	131
<b>Mixtum imperfekte</b>	106	- vniuersa	111
- perfecte	106	<b>Naturae atomus</b>	103
- soluitur	106	- cursus	113
<b>Mobile</b>	87	- ordo	112
- celerius mouetur	87	<b>Naturale in genere</b>	112
- tardius mouetur	87	- mundo aspectabili materiali	112
<b>Moderamen inculp. tutelae</b>	190	<b>Nebula</b>	203
<b>Modestia, Bescheidenheit</b>	189	<b>Necessarium</b>	69
- Denuth	186	- absolutum	70
<b>Modi accidentia quod scho-</b>		- hypotheticum	70
- lastici vocans	13	<b>Necessitas physica, s. natura-</b>	
<b>Modi analogum</b>	92	- lis	101
<b>Modificabile</b>	91	<b>Negare</b>	23
<b>Modificatio</b>	88	<b>Nihilum</b>	61
<b>Modi syllogismorum</b>	35	<b>Nimbus</b>	203
<b>Monades</b>	103	<b>Nelitio</b>	145
<b>Monarchia</b>	197	<b>Neluntas</b>	145
<b>Monistae</b>	149	<b>Neluntatem cogere</b>	147
<b>Moralitas</b>	167	<b>Non ens</b>	64
<b>Morbus</b>	183	<b>Nosocomia</b>	198
<b>Mors</b>	157	<b>Notae</b>	14
<b>Motiuia completa</b>	146	<b>Notae irresolubiles</b>	122
<b>Motium</b>	146	- resolubiles	122
<b>Motus</b>	87	<b>Notio</b>	10
- - aequabilis	87	<b>Notio abundans</b>	17
- - inaequabilis	87	- - abstracta	19
- - intestinus	88	- - adaequata	17
- - inuolunt. corporis	148	- - clara	14
- - voluntarii	148	- - communis	19
<b>Multa</b>	71	- - completa	16
		<b>Notio</b>	

# DEFINITIONVM.

<b>N</b> otio complexa	18	Obliuio	123
concreta	19	Obseruandi ars	133
confusa	16	Obseruatio	133
determinata	20	Obseruabilia	101
distincta	15	Occasionalistae	154
imaginaria	2	Odium	141
inadaequata	17	Oeconomica	5
incompleta	16	Officium	182
negatiua	24	erga corpus	183
obscura	14	Deum	182
particularis	129	voluntatem	183
positiua	24	Oligarchia	197
<b>N</b> otio realis	62	Ontologia	5
simplex	18	artificialis	60
singularis	19	naturalis	60
<b>N</b> otiones vniuersales	13	Opes, s. facultates	184
<b>N</b> otiones adaequatae gradus		Opinio	47
Imus	17	precaria	48
IIdus	17	probabilis	48
<b>N</b> otionum analysis	130	Opponens	58
differentia formalis		Opposita	69
14		Opulentia	184
materialis	18	Opus, s. scriptum completum	
<b>N</b> ubes	203		
pluuiia s. grauis	203	Oratio	11
<b>N</b> umerus diuersa	66	Ordo	75
idem	66	Ordo mixtus	52
<b>N</b> umerus determinatus	73	naturae	112
indeterminatus	73	naturalis	52
in genere	72	Ordo scholae	52
vulgaris, s. rationalis		Organon sensorium	117
integer	71	Oriri simpliciter	13
<i>O.</i>		Ortus instantaneus	88
<b>O</b> bidentia	196	Oryctologia	6
Obiectum, s. materia		Otium	184
circa quam	98		
sensibile	119	<i>P.</i>	
<b>O</b> bligatio	170	Pacta	192
<b>O</b> bliti rei dicimur	126	Paederastia	195
		Paralegismus	49
			Pars

# INDEX.

<b>Propositio indefinita</b>	<b>26</b>	Pulehrum	<b>137</b>
- - irrestric <i>ta</i> , s. restrin <i>genda</i>	59	Pulsus cordis	<b>204</b>
- - limitata	59	Punctum Zenonicum	<b>103</b>
- - maior	34	Pupilli	<b>195</b>
- - minor	34	Pusillanimitas	<b>144</b>
- - negatiua	23		<b>Q.</b>
- - particularis	26	Qualitas	<b>74</b>
- - practica	27	- - occulta 103. & 162	
- - probabilis	47	Qualitates deriuatiuae	<b>75</b>
- - propria	36	- - mechanicae	<b>104</b>
- - restricta	58	- - mixtae	<b>104</b>
- - simplex	30	- - physicae	<b>104</b>
- - singularis	25	- - primitiuae	<b>74</b>
- - subalternans	30	Quantitas	<b>72</b>
- - theoretica	27	Quantitates heterogeneae	<b>73</b>
- - vaga	32	- - homogeneae	<b>73</b>
- - vera	44	Quies	<b>87</b>
- - vniuersalis	26		<b>R.</b>
<b>Propositiones aequipollentes</b>		Ratio	<b>116</b>
- - contradictoriae	29	- - Bernunft	<b>134</b>
- - contrariae	29	- - determinans perfectio <i>nis</i>	<b>80</b>
- - oppositae	29	- - non pura	<b>135</b>
- - subcontrariae	29	- - pura	<b>135</b>
<b>Propositum</b>	<b>166</b>	Ratio sufficiens	<b>60</b>
<b>Proprietarius</b>	<b>167</b>	Ratiocinatio	<b>12</b>
<b>Proprietas</b>	<b>167</b>	- - mixta composita	<b>43</b>
<b>Prosylllogismus</b>	<b>32</b>	- - polysylogistica	<b>43</b>
<b>Prudentia diuina</b>	<b>162</b>	Ratiocinatur distin <i>cte</i>	<b>132</b>
<b>Prudentia</b>	<b>182</b>	Ratiocinia deriuatiua	<b>151</b>
<b>Psychologia</b>	<b>4</b>	- - primitiu <i>a</i>	<b>151</b>
- - empirica	7	Rationales in actionibus	<b>136</b>
<b>Pudicus</b>	<b>195</b>	Rationes assensus extrinsecae	
<b>Pudor</b>	<b>142</b>		<b>55</b>
<b>Pugna cupiditatum</b>	<b>181</b>	- - intrinsecae	<b>55</b>
<b>Pulchritudo</b>	<b>137</b>	Rationi conforme	<b>135</b>
- - apparens	<b>137</b>	- - contrarium	<b>135</b>
- - vera	<b>137</b>	Rationis usus	<b>151</b>
			<b>Ratio</b>

# DEFINITIONVM.

<b>Ratio</b>	<b>vitae sapiens &amp; ordinata</b>	<b>Sapientia</b>	<b>156</b>
<b>Reactio</b>	<b>107</b>	<b>Sceptici</b>	<b>150</b>
<b>Receptus terminorum significatus</b>	<b>21</b>	<b>Scholae</b>	<b>198</b>
<b>Reflectendi facultas</b>	<b>126</b>	<b>Scientia simplicis intelligentiae</b>	<b>164</b>
<b>Reflexio</b>	<b>126</b>	<b>- - visionis</b>	<b>164</b>
<b>Reiutare alterum a posteriori</b>	<b>56</b>	<b>Scripta apologetica</b>	<b>58</b>
<b>Refutatio a priori</b>	<b>56</b>	<b>- - polemica</b>	<b>58</b>
<b>- - directa</b>	<b>56</b>	<b>Scriptum completum</b>	<b>51</b>
<b>- - indirecta</b>	<b>56</b>	<b>Scriptum dogmaticum vtile</b>	
<b>Regimen corporis</b>	<b>148</b>	<b>- - famosum</b>	<b>198</b>
<b>Regula</b>	<b>76</b>	<b>- - nimis prolixum</b>	<b>51</b>
<b>Regulae appetius</b>	<b>146</b>	<b>- - scihetificum</b>	<b>ordine</b>
<b>- - auerſationis</b>	<b>146</b>	<b>conscriptum</b>	<b>51</b>
<b>- - imaginandi</b>	<b>120</b>	<b>Scriptura vniuersalis</b>	<b>129</b>
<b>- - motus</b>	<b>107</b>	<b>Sculpturae</b>	<b>150</b>
<b>- - perceptionum</b>	<b>119</b>	<b>Secundum naturae ordinem</b>	
<b>- - perfectionis</b>	<b>81</b>	<b>fit</b>	<b>113</b>
<b>- - phantasmatum</b>	<b>120</b>	<b>Sensationes</b>	<b>117</b>
<b>- - sensationum</b>	<b>119</b>	<b>Sensatio una debilior altera</b>	
<b>Relata</b>	<b>93</b>	<b>- - fortior altera</b>	<b>118</b>
<b>Relatio</b>	<b>93</b>	<b>Sensus</b>	<b>118</b>
<b>Religio</b>	<b>198</b>	<b>- - acuitur</b>	<b>151</b>
<b>Reminiscentia</b>	<b>126</b>	<b>Serpitus moralis</b>	<b>180</b>
<b>Remotiora</b>	<b>87</b>	<b>- - philosophandi</b>	<b>8</b>
<b>Remoueri</b>	<b>37</b>	<b>Seruuus</b>	<b>168. &amp; 196</b>
<b>Repugnare Hypothesi</b>	<b>30</b>	<b>\$ bi ipsi sufficientissimus</b>	<b>165</b>
<b>- - sujecto</b>	<b>30</b>	<b>Signa artificii</b>	<b>98</b>
<b>Requisita ad veritatem</b>	<b>46</b>	<b>- - deriuatiua</b>	<b>98</b>
<b>Res</b>	<b>69</b>	<b>- - naturalia</b>	<b>98</b>
<b>Respondens</b>	<b>58</b>	<b>- - primitiua</b>	<b>98</b>
<b>Respublica</b>	<b>197</b>	<b>Signatum</b>	<b>98</b>
<b>Reuelatio</b>	<b>162</b>	<b>Significatus hieroglyphicus</b>	
<b>Reuerentia</b>	<b>196</b>	<b>196</b>	<b>122</b>
<b>Risus</b>	<b>142</b>	<b>- - proprius</b>	<b>20</b>
<b>S.</b>		<b>Signum</b>	<b>98</b>
<b>Salax</b>	<b>194</b>	<b>- - demonstratiuum</b>	<b>98</b>
<b>Sanitas</b>	<b>183</b>	<b>- - prognosticum</b>	<b>98</b>
		<b>C c</b>	<b>Signum</b>

## INDEX I.

<b>S</b> ignum memoratum	98	<b>S</b> p̄es	143
<b>S</b> mil. m̄ essentiam habent		<b>S</b> piritus	155
A & B.	66	- - perfectissimus	156
<b>S</b> imilia	66	<b>S</b> ponsalia	195
<b>S</b> imilitudo	66	<b>S</b> opraneitas	147
- - entium accidentalis	67	<b>S</b> tatus	88
- - essentialis	67	<b>S</b> tatus hominis naturalis	
<b>S</b> implex apprehensio	9		182
<b>S</b> mulatio	181	- - ciuilis	182
<b>S</b> multanea s. coëxistentia		- - praēens grauidus fu-	
	84	turi	131
<b>S</b> inceritas	181. & 192	<b>S</b> tatus rei externus	89
<b>S</b> itus	86	- - internus	89
<b>S</b> ocietas	194	<b>S</b> tellae fixae	202
- - coniugalis	194	<b>S</b> tructura	107
- - herilis	196	<b>S</b> tylus philosophicus	8
- - paterna	195	<b>S</b> uadere	168
<b>S</b> ocietatis salus	194	<b>S</b> ubditi	197
<b>S</b> odomia	195	<b>S</b> ubiecto repugnare	30
<b>S</b> oliditas intellectus	132	<b>S</b> ubiectum	89. & 23
<b>S</b> olutio immediata	106	- - relationis	94
- - mediata	106	<b>S</b> ubiectus	196
<b>S</b> omniare	120	<b>S</b> ubstantia	91
<b>S</b> omnium	120	- - composita	92
- - clarum	121	- - simplex	92
- - compositum	121	<b>S</b> ubsumi	36
- - obscurum	121	<b>S</b> ucessiva	85
- - simplex	121	<b>S</b> ufficientia	184
<b>S</b> omnolentia s. pigritia	148	<b>S</b> ummum bonum	175
<b>S</b> ophisma	49	- - malum	175
<b>S</b> ordities	185	<b>S</b> uperbia	189
<b>S</b> orites	39	<b>S</b> uperiora	40
- - categoricus	38	<b>S</b> upernaturale	112
- - crypticus	39	<b>S</b> upra rationem esse	165
- - hypotheticus	39	<b>S</b> ustentatio	195
<b>S</b> patium	86	<b>S</b> ylogismos concatenare	41
- - mobile	87	<b>S</b> ylogismus	32
<b>S</b> pecies	11	- - affirmans	34
- - impressa	150	- - biformis	41
- - infima	12		

Syllo-

# DEFINITIONVM.

<b>Syllogismus categoricus multiplex</b>	<b>41</b>	<b>Termini extremi</b>	<b>33</b>
- - - compositus	37	Termini philosophici	8
- - - crypticus	36	- - - synonymi	32
- - - disiunctiuus	38	Terminus s. limes	75
- - - hypotheticus	37	- - - abstractus	19
- - - negans	34	- - ad quem	103
- - - particularis	35	- - a quo	102
- - - simplex	36	- - communis	19
- - - vniuersalis	34	- - complexus	18
<b>Synonymia</b>	<b>32</b>	- - concretus	<b>19</b>
<b>Synonyma</b>	<b>32</b>	- - extreimus	<b>33</b>
<b>Systema</b>	<b>54</b>	- - familiaris	<b>20</b>
- - - causarum occasionalium	-	- - fixus	<b>20</b>
- - - um	154	- - inanis	10
- - - harmoniae praestabilitae	154	- - maior	33
- - - influxus physici	153	- - medius]	33
<b>Systemata explicandi commercium inter animam &amp; corpus</b>	<b>152</b>	- - minor	<b>34</b>
<b>Systematis conditor</b>	<b>54</b>	- - negatiuus	<b>24</b>
<b>Systole</b>	<b>204</b>	- - obscurus	<b>15</b>
<b>T.</b>		- - positiuus	<b>24</b>
<b>Taciturnitas</b>	<b>192</b>	- - proprie sumitur	<b>21</b>
<b>Tacitus</b>	<b>118</b>	- - simplex	<b>18</b>
- - vagus	-	- - singularis	<b>19</b>
<b>Taeidium</b>	<b>136</b>	<b>Terminus relationis</b>	<b>94</b>
<b>Technica</b>	<b>5</b>	- - vagus	<b>20</b>
<b>Teleologia</b>	<b>7</b>	<b>Terrae motus</b>	<b>203</b>
<b>Temperantia</b>	<b>183</b>	<b>Terror</b>	<b>144</b>
<b>Tempestates</b>	<b>202</b>	<b>Testis auritus</b>	<b>48</b>
- - statae	<b>202</b>	- - oculatus	<b>48</b>
<b>Templa</b>	<b>198</b>	<b>Theologia naturalis</b>	<b>3</b>
<b>Tempus</b>	<b>85</b>	<b>Theorema</b>	<b>28</b>
- - futurum	86	<b>Theoria</b>	<b>152</b>
- - praefens	85	<b>Thesaurarius</b>	<b>199</b>
<b>Tempus praeteritum</b>	<b>85</b>	<b>Thesis</b>	<b>58</b>
<b>Tenacitas</b>	<b>185</b>	<b>Totum</b>	<b>71</b>
<b>Tenebrae in anima</b>	<b>115</b>	<b>Traduciani</b>	<b>157</b>
<b>Tentamen defensionis</b>	<b>58</b>	<b>Tribunal appellationum</b>	
		- - criminale summum	<b>220</b>
		<b>C c 2</b>	<b>Tri-</b>

## INDEX I.

<b>Triplex</b>	<b>73</b>	<b>Visio</b>	<b>165</b>
<b>Tristitia</b>	<b>140</b>	<b>Vita</b>	<b>204</b>
<b>Tutores</b>	<b>196</b>	<b>Vitium</b>	<b>274</b>
<b>Tyrannis</b>	<b>197</b>	- - <i>formae in syllogismo</i>	
<i>V.</i>			
<b>Vacillatio, s. fluctuatio ani-</b>		- - <i>materiae</i>	<b>48</b>
<b>mi</b>	<b>144</b>	- - <i>subreptionis in expe-</i>	
<b>Venditio</b>	<b>191</b>	<i>riendo</i>	<b>49</b>
<b>Ventus</b>	<b>202</b>	<b>Vituperatio</b>	<b>186</b>
<b>Veracitas</b>	<b>192</b>	<b>Vnicum dicitur</b>	<b>70</b>
<b>Verba propria</b>	<b>8</b>	<b>Vniri</b>	<b>84</b>
<b>Veritas</b>	<b>77</b>	<b>Vnitas entis, (metaphysica)</b>	
- - <i>historica</i>	<b>50</b>		<b>71</b>
- - <i>logica</i>	<b>44</b>	<b>Vocabula</b>	<b>127</b>
<b>Veritatem determinatam ha-</b>		- - <i>essentialiter significan-</i>	
<b>bet</b>	<b>101</b>	<i>tia</i>	<b>129</b>
<b>Veritates inter se connexae</b>		<b>Voces</b>	<b>10</b>
	<b>52</b>	<b>Volitio</b>	<b>145</b>
<b>Vetatio</b>	<b>168</b>	<b>Voluntas</b>	<b>145</b>
<b>Victoria moralis</b>	<b>181</b>	<b>Voluntas antecedens</b>	<b>147</b>
<b>Vigor</b>	<b>183</b>	<b>Voluntas consequens</b>	<b>147</b>
<b>Vindicta</b>	<b>190</b>	- - <i>imperferutabilis</i>	<b>165</b>
<b>Virtus</b>	<b>174</b>	- - <i>perfectissima</i>	<b>156</b>
- - <i>philosophica</i>	<b>174</b>	<b>Veluntatem cogere</b>	<b>147</b>
<b>Vis</b>	<b>90</b>	<b>Voluptas</b>	<b>136</b>
- - <i>deriuatiua</i>	<b>110</b>	- - <i>apparens</i>	<b>136</b>
- - <i>elastica</i>	<b>111</b>	- - <i>praedominatur</i>	<b>137</b>
- - <i>inertiae s. passiuia</i>	<b>102</b>	- - <i>vera</i>	<b>136</b>
- - <i>mortua s. elementaris</i>		- - <i>sensuum s. delectatio-</i>	
	<b>110</b>	<i>num sensual.</i>	<b>138</b>
- - <i>motrix</i>	<b>102</b>	<b>Voluptuosus</b>	<b>183</b>
- - <i>primitiuia</i>	<b>110</b>	<b>Vsus loquendi</b>	<b>21</b>
- - <i>ru</i>	<b>110</b>	- - <i>rationis</i>	<b>151</b>

## INDEX II.

### THEOREMATVM.

<b>A</b> ctiones bonae	<b>257.</b>	seq. - - <i>malas sequuntur poe-</i>	
- hominis virtute praedi-		<i>nae</i>	<b>259</b>
diti	<b>259</b>	Actionum directio	<b>263</b>
- honestae habent praedi-		- - <i>distinctiones</i>	<b>257</b>
mia	<b>259</b>		<b>Acti-</b>

# THEOREMATVM.

<b>A</b> ctionum exsecutio p. ssibi- lis	265	Corpus	240
- - liberarum finis	260	Corporum elementa prima	240
- - morautas	257	Cosmologia	239
<b>A</b> cumen	244	Crimen laesae maiestatis	286
<b>A</b> dulterium	276	<b>D.</b>	
<b>A</b> editicia	283	<b>D</b> efectus	235
<b>A</b> equalia	232	Lefinitio	214. seq.
<b>A</b> ffe <sup>t</sup> us	246. & 264	- - nominalis	215
<b>A</b> mor	246. seq.	- - realis	216
<b>A</b> nalogum rationis	244	Demonstratio	221. 263
<b>A</b> nalysis notionum	212	Determinans	232
<b>A</b> nima	248. e.p.	Determinatum	232
<b>A</b> nimae immortalitas	251	Des bonitas	261
<b>A</b> ppetitus	245. seqq. 264	- - decreta	256
- - ratio	246	- - intellectus	253
- - sensibus	248	- - perfectiones	252. seq.
<b>A</b> rs adicandi	265	- - voluntas	254. seq.
<b>A</b> ttentio	211. & 243	DEVS datur	252
<b>A</b> tributa	231	- - summus legis lator	259
		&	261
<b>B</b> .			
<b>B</b> ellum	288	Disputare	221
<b>B</b> ona apparentia	263	Divisio	216
<b>B</b> onta a.i.n. us premita	251	Docens	224. & 225
<b>B</b> rutorum imperieiones	252	Dominium	273. seq.
- . Perfectiones	252	Dubitatio	219
<b>C</b> .		<b>E.</b>	
<b>C</b> auffa	238. seq.	<b>E</b> adem	231
<b>C</b> ogitatio	241	Ebrietas	283
<b>C</b> ognitio historica	207	Effectus	238. seq.
- - mathematica	207	- - actionum	necessarii
- - philosophica	207		
- - symbolica	244	Eleemosyna	283
<b>C</b> ommiseratio	247.	Elementa corporum prima	
<b>C</b> ommunia	273		240
<b>C</b> onfutare	226. seq.	Ens absolute necessario exi- stens	252
<b>C</b> onnexa ratione spatiij	239	Ens compositum	235. 236
- - temporis	239	- - finitum	249
<b>C</b> onscientia	261. seqq.	<b>C</b> c 3	237
<b>C</b> onuincere	225. seq.	Ens	

# INDEX. II.

<b>E</b> ns infinitum	238	Idea obscura	216
- - simplex	236. 237	Ideae deteriorantur	213
<b>E</b> ntis compositi essentia	235	- - distinctae diuisio	211
- - veritas	234	seq.	
<b>E</b> rathymema	218	- - diuisio	212
Error	219	- - formantur	213
<b>E</b> ssentia	230 seq.	- - meliorantur	213
<b>E</b> uentus	239. seq.	Imaginatio	242. 243 249
<b>E</b> xperientia	219. 220	Imperans summus	286. 288
<b>F.</b>			
<b>F</b> acultas cogitandi	249	Imperfectio	235
<b>F</b> alsiloquium	271. seq.	Impossible	230. 272
<b>F</b> ama	269	Individuum	212
<b>F</b> ata hominum	259	Inductio	219
<b>F</b> atum astrologicum	230	Infirmitas naturalis	260
- - mahomedanum	239	Ingenium	244
- - stoicum	ibid.	Inimicus	247
<b>F</b> elicitas	261. seq.	Insidia	284
<b>F</b> inis	239	Intellectus	243. 244
- - creationis mundi	256	- - perfectissimus	244
- - ultimus	265	- - purus	244
<b>F</b> ontes certitudinis	221	Inuidia	247
<b>F</b> orma	239	Inuiduo	247
<b>G.</b>			
<b>G</b> audium	246	Ira	248
- - minus durabile	261	Iudex	284. seq.
<b>G</b> enus	212	Iudicium	216
<b>H.</b>			
<b>H</b> omicidium	283	Iuramentum	272
<b>H</b> onoris status duplex	265	<b>L.</b>	
<b>H</b> omo vitiosus	260	Labo <i>r</i>	268. 269
<b>H</b> onorem appetere	269	Leges motus	240
<b>I.</b>			
<b>I</b> dea	284	Lex	284
- - adaequata	212	- - appetitus	245
- - clara	220	- - imaginationis	242
- - confusa	211	- - naturae	258. 259. 260
- - distincta	211	- - societatis	275
- - individualis	212	- - suprema rei publicae	
			208
		Libertas	248
		- - philosophandi	209
		Libri	224
		- - dogmatici	ibid.
		Libri	

**THEOREMATVM.**

Libri historici	224	Officia erga alios	269. 270
Logica	209		271. 272. 274
- - artificialis	210	- - amicum	270
- - naturalis	209. 210	- - benefactores	ibid:
Lumen mentis	211	- - Deum	265. 266
<b>M.</b>		- - Domesticos	279
<b>M</b> atrimonium	275. 276	- - Inimicum	271
Memoria	243	- - Maritum	277
Mendacium	271	- - rem familiarem	273
Mentis tres operationes	210	- - rem publicam	280
Meditatio	223. 224		281. 282
Merces	274	- - se ipsum	266. 267. 268
Metaphysica	209	- - vxorem	277
Methodus mathematica	208	Officia herorum	268. 279
	209	- - Imperavitum	281
Metus	247. 248	- - liberorum	277
Miracula	241	- - parentum	ibid.
Moderamen inculpatae tute-		- - pupillorum	278
iae	271	- - rei publicae	283
Modi	231	- - seruorum	278. 279
Mundi essentia	240	- - subditorum	287
Mundus	ibid.	- - tutorum	277. 278
- - Optimus	254	Ontologia	228
Munera publica	287	Opes	268
Mutatio	236	Opinio	223
<b>N.</b>		Ordo	234
<b>N</b> atura	239	- - philosophicus	208
Necessarium	233	<b>P.</b>	
- - absolute	233. 234	Pacta	272. 273
- - hypothetice	234	Partes	233
<b>Nexus</b>	239	Pecunia	274
- - actionum	263	Perfectio	234
Nos nobis consciit sumus	241	- - mundi	241
Notiones generum & spe-		- - status nostri	260
cierum	212	Permutatio	274
<b>O.</b>		Philosophia	208
<b>O</b> bligatio	259	Philosophiae diuisio	209
Obseruanda in re pu-		Philosophus	208
blica	281. 282. 283. 284	Poenae capitales	285
Odium	257	Possibile	230
		Possit	

I N D E X I I. T H E O R E M.

Possibilitates	231	Species	212. seq.
Potestas summa	285	Spes	247
Praeindictum	219	Spiritus	241
Pretium	274	- - perfectissimus	241
Principia demonstrandi	221	Stylus philosophicus	209
Principiatum	238	Substantia	237
Principium	ibid.	Summum bonum	261
- - Contradictionis	229	Summum malum	261
- - Individuationis	233	Syllogismus	217. 218
- - Rationis sufficientis	229	- - compositus	218
		- - spurius	218
Probabilitas	221. 222	Systema caussarum occasio-	
- - Hermeneutica	223	narium	250
- - Historica	222	- - harmoniae praefatae	250. 251
Promissum	272	- - influxus physici	250
Propositiones	216	T.	
- certae	221	Tedium	245
		Tempus	235. 236
<b>Q</b> ualitates	231	Termini aequiuoci	231
<b>Q</b> uantitates	ibid.	- - improprii	231
		- - oblicuri	231
		Totum	233
<b>R</b> atio	244	V.	
<b>R</b> eflexio	250. 243	Veritas entis	234
Rei publicae lex	280	- - in iudiciis	219
Remedia	263	- - ratiociniis	219
Repraesentationes	sensualis	Vindicta priuata	284
	211. 249	Virtute praeditus	259
Respublica	279. 280	Virtute non praeditus	260
Reuelatio diuina	255	Vis animae vnica est	250
		- - inertiae	240
<b>S</b> criptum dogmaticum	224	- - repraesentativa	249
- - scientificum	ibid.	Vita solitaria	274
Sensatio	249. 224	Vitiosus homo	260
Sensus non fallunt	220	Voces	213
Similia	232	Voluptas	245. 244
Simulatio	264	Vnitas entis	231
Societas	275	Vniuersale	233
Somniare	243	Vsura	274
Sorites	219	Vsus loquendi	214
Spanum	235		

F I N I S.







